



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Philosophica cu[m] additionibus nouis

Reisch, Gregor

Basilee, 1517

VD16 R 1040

Septimus Astronomie theoremata/ totius mundialis machine
dispositionem: celestium [et] elementalium regiones: situm orbis iuxta
cosmographo[rum] traditione[m]/ cum generali mappa dilucidat. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-30660



Lt. VII De principiis Astronomie

Liber Septimus de principiis Astronomie.
De enumeratione et ordine dicendorum.
Tractatus primus. Cap. I. Disci.



Don per sanctiorie (que accepi) Arithmetice / Musice / et Geometrie principia his diebus reuolui: plurimumq; harum the-
matibus delectatus sum. Considerans autem astronomiam
deesse: quam in quadruij partitione quarto loco comemor-
abas: necessarium duxi te precibus pulsatum iri: ne alijs que
mor instabunt pre occupatis negocijs / incompletum qua-
druium derelinqueres. Ubi enim vis numerorum: ubi musi-
ce mundane (ut aiebas) concentus: ubi deniq; geometrice demonstrationes
que non modo terrenorum / verumetiam celestium corporum magnitudines dime-
tiuntur: si Astronomiam pretermittas? Plurimum itaq; te obsecro / ut in enar-
randis huius tam necessitate discipline principijs hodiernum saltem diem
absumas. Magi. Nec omnia istoc die in medium ferrem si vel sol staret ut
quondam bellante inelyro iudeorum duce Josue: aut decem gradibus retro
cederet: ut Ezechia de letali egritudine pualescente. Quis enim totius mun-
dialis machine unitatem / perfectionem / figuram et partium eiusdem tam ce-
lestium et elementalium naturas paucis perstringeret? Quis orbium motus /
aut siderum ortus et occasus / temporum discretiones / dierum et noctium ine-
qualitates facile simul commemoraret? Disci. Quod ergo non vna / decem
aut tot quot suffecerint lucubrationibus tradas. Indefessum enim ego me au-
ditorem exhibeo: rem ocypus aggredere. Et in primis de ratione nominis te
absoluas.

De definitione: nominis origine: ac Astro-
nomie primo inuettore. Capitulum II
Magister.

Astronomia est certa lex et regula / superiorum corporum magnitudines et motus considerans. Corpora autem superiora celos et astra
intelligamus. Disci. Cur igitur potius astronomia ab astris / et
non a celis nomen accepit? Magister. Hoc ideo factitatum arbitrare: quo-
niam astra sunt nobis celis notiora (quia visibilia) nosq; in noticiam celorum
facile ducentia. a notioribus autem denominatione fieri communissimum est
Sed etiam: quia doctissimi omnes sphaeras mundi astra nonnunquam solent ap-
pellare. uti videre est libro. 2. de docta ignorantia Cardinalis Cuse. Di-
scipulus. De nominis origine hac tus ratione persuasus tecum sentio. Sed
quisnam mortalium primus hanc cognouerit edicito. Magister. Romulus
li grecorum Athlantem quendam primum Astronomie fuisse inuettore vo-
lunt: et ea de causa Poete istam opinionem insinuare volentes: Athlantem
gigantem esse maximum / qui capite in vno polo et pedibus in reliquo: ma-
nu dextra in oriente ac sinistra in occidente celum sustineat. De hoc Augu-
stinus de ciuitate dei li. 18. c. 8. sic ait: Athlas frater Ptolemei magnus fuit
se astrologus dicitur. vnde occasione fabula inuenit. ut celum portare consin-

Josue. x. c.
Esate. 38.

Nicholaus
de Cusa.

Augustinus.

Astronomia

Athlas pri-
mus reperto-
astronomie

geret: Quis mons eius nose nuncupet: cuius altitudine potius celi portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Alij proplasti Adam: alij Abrahame: ceteri aut alios huius scientie inuictores plectunt, eam tñ a Ptolemaeo nō mediocriter illustratā / et in eo libro cui Almagesti nomen est scriptā manifestū est. Moderno autē tpe a doctissimis mathematice discipline p̄fessorib⁹ Georgio purbachio / et Joāne de mōte regio egregie exercitā cognouim⁹. De motib⁹ vero corporū superiorū Alfonso rex Castelle tabulas edidit: et in his nobis perpetuā sui memoriā reliquit. Hōr nos dogmata sequi fas est. Cum autē quem premissimus ordinē seruare non erit inuile. Primum itaq; totius demonstrabimus. Dehinc ipsum p̄ partes diuisum in singulis explicabim⁹.

De definitione sphaere: et mundi continentia et vnitae. Capitulum. III. Disci.


Sphera
Euclides lib.
xi.

Quonia mundialem machinā sphaeram dicit / doctrine ratio expostulat vt sphaeram definias. Ma. Sphaera est transitus circumferentiae dimidij circuli / quoties fixa diametro quousq; ad locum suum redeat vnde circū ducitur. Id est: Sphaera est tale rotundū et solidum quod ab arcu semicirculi circumducto describit̄. Vel. Sphaera est corpus solidum vnica superficie contentū: in cuius medio punctus est: a quo omnes linee duce ad circumferentiā equales sunt. Punctus autē ille centrū sphaere / et linea per ipsum transiens atq; extremitates circūferentiae siue periferie applicans circa quā sphaera mouet̄ / axis sphaere: et puncta huiusce lineae terminantia poli siue cardines mundi dicuntur: quemadmodum in geometricis dicit̄

Sphera pei-
ma maxima

est. Prima autem omnium sphaerarum maxima mundi machina tota dicitur. Ipsa enim in se omnia continet: nec quicq; extra ipsam est quod forme mundi sit susceptibile: sed omne tale tum simplex / tum etiam compositum in se complectit̄: ideo perfecta est et vnica: extra quam nulla alia reperitur. Quod facile quidem probabitur si rerum tam simplicium q̄ elementariorū naturas animaduertas. Omnia enim talia in locis suis naturalibus in sphaera contentis sunt locata. vt leuis sursum / grauis deorsum: et si extra ea fuerint / ad ipsa naturaliter mouent̄. Quod de lapide sursum proiecto et candela incensa ac deorsum versa claret. nam lapis in aere non quiescit: sed ad terrā versus centrū tendit. Sic et ignis candele deorsum uerse / sursum tendit. Quapropter si aliquod horū extra supremam sphaeram fuerit / hoc cōtra eius naturam et uolenter erit: et per consequens ibi perpetuo non manebit. Nullum enim uolentū durabit in perpetuū. Unde et Aristoteles asseruit: Si extra hunc mundū

Aristoteles



De principijs Astronomie

alius esset/terra ipsius ad terram huius moueret: quod nō posset fieri/ nisi o centro versus circūferentiā ascenderet: quod tamen est contra terre et cuius cuiusq; grauis naturā. Sunt tñ (vt scripsit idē) extra celum entia inalterabilia/ insensibilia/ impassibilia/ optimā vitam ducentia: per se sufficientissima: quā et toto eūo pficiunt: a quibus oibus alijs datū est esse et viuere: his q; dem clarius/ his vero obscurius. Sed hec dicens: nō de puerā superficie supreme sphere/ sed de p̄cauo orbis lune intellexit. Unde totū quod ambitu huius premittit/ spherā generabiliū et corruptibiliū dixit. totū vero superius cōtinens et contentū in generabile et incorruptibile credidit. Disci. Vis ne aliud noīe orbis/ aliudue noīe sphere significare? Magi. Solo equidem. nam spheram vnica superficie dixerā contineri/ cōuexa scz. orbis vero dūsbuā cōuexa et concava concluditur: quemadmodum anulus.

Aristo. 1. celi.


De figura sphere siue machine mundi. Capitulum III Discipulus

At his te mundū vnū ex omni materia forme mūdi susceptiua cōpositum/ atq; figura esse sphericū aut rotundū affirmare intelligo. Ma. Sane intelligis. vnitatem quidem p̄bāuimus. p̄sequēs est vt et figurā ostendamus. Disci. Optime. Mag. Mundi figuram esse sphericā similitudo/ cōmoditas et necessitas p̄cludūt. Similitudo quidē. Fact⁹ est em̄ mundus sensibilis ad similitudinē et exemplar mundi intellectualis archetypī et idee mentis diuine: in quo nec est p̄ncipiū/ nec finis. sicut et in figura spherica. Vñ Boetius: Tu cuncta sup̄no Ducis ab exēplo pulchrū pulcherrim⁹ ipse Mundū mente gerens/ similiq; imagine formans. Consentunt Plato et Mercurius trimegistus. Commodū etiā fuerat vt corpus quod in se continet oīa/ oīm figurā haberet capacissimā. hec autē est figura spherica. Omni em̄ corpoy isopmetroꝝ: hoc est/ equalit̄ circūdantiū superficieꝝ sphera est capacissima. vt in mathematicis dictū est. Necessitas autē moꝝ apparebit. nā si mūdus esset figure plane aut angularis: sequerent̄ impossibilia et sensui p̄traria. Impossibilia q̄dē: nā cū mundus p̄tinue moueat/ aliqua loca relinquerent̄ vacua et aliq; sine locis corpora: q̄d patet facile in figura p̄ffigata. Sensui etiā sequerent̄ p̄traria. videlicet q; sol aut alia q̄uis stella in vna celi p̄te nobis esset p̄pinq̄or q̄ in alia: et in p̄te p̄pinq̄orū maior: in remotiore vero appareret minor: enī p̄trariū visus indicat. Nec valet si de sole in ortu existente obijcias. nā is tūc q̄nq; maior apparet p̄p̄ vapoy grossoy interpositionē: quē admodū denari⁹ p̄iect⁹ in aquā. vt demonstratiōe sensibili patebit in p̄spectiua. vbi idē deducet. Vñ tñ ob insensibilē respectu celi terre molis quantitatē/ p̄ hoc vltimū ad p̄bāndū terre rotunditatē roboris adducit.


Figura mūdi p̄bat spherica similitudine

Boeti⁹ de cōsola. li. 3. me. 9
Comoditas.

Necessitas



Terre Cardes



De principijs Astronomie

De machine mundi partitione.

Capitulum V Magister.

Equidem hec de mundi unitate continentia figura sufficiant: con-
sequenter ne tibi fastidium longis sermonibus ingeram / stilum ad
eius partitionem verto. Discipulus. Quomodo igitur mundum
diuidis? Magister. In ethereū & elementarē. Rursus ethereus in celos vn-
decim partitur: qui sunt / Celū empyreū. Decimū / qđ primū mobile dicunt.
Nonū / qđ secundū mobile: et Octauū / qđ celū stellarū siue firmamentū ap-
pellant. Sub quo celi planetarū septē ponunt. Saturni. s. Jovis / Martis /
Solis: Veneris / Mercurij & Lune. Ḥy egyptij / Plato quoq; & Aristoteles
solē lune proximū collocant: nonnulli vero sitū planetarū incertū esse fatent.
Et antiquiores fere omnes supra octauā spheram nullā aliam esse arbitrati
sunt. Mūdus vero elementaris in quatuor spheras / videlicet Ignis / Aeris /
Aque et Terre scindit: et pretaeta admonet descriptio.

Mundi
diuisio

De numeri celorum demonstratione.

Capitulum VI Discipulus.

Ex quibus vnderarium celorum numerū cōcludere potes? Magt.
Pluralitatē spherarū (vt aiunt) generationū atq; corruptionū di-
uersitas arguit. Nam idem in q̄rū idem nō est natum nisi facere idē.
Ideo pleriq; naturales septē celos planetarū firmamentū atq; nonū celū po-
nunt: qđ & ipsi primū mobile appellant. De decimo vero celo mobili a mo-
dernioribus discrepant: qui alius specularantes ipm ponendū & primū mobi-
le dicendū esse / rātionibus affirmant. Nam experientia cognitū est aiunt / fir-
mamentū seu octauā spherā tribus circūuolui motibus: quorū primus est ab
oriēte occidentē versus. ad motū primi mobilis sup polis mundi: & cōpletur
in spacio naturalis diei. Secundus est huic cōtrarius: ab occidentē sez in oriē-
tē fm successione signorum ad motū none sphere in .cc. annis gradu vno et .28.
minutis fere: & sic in .49000. annis totus pficit: & motus Angliū & stellarum
fixarū dicit: quo sez motu stelle que sunt in firmamento variant de signo in si-
gnū respectu zodiaci pmi mobilis. Hi plades stelle fixe / que iuxta figuratio-
nem sunt in capite tauri in firmamento respectu zodiaci superioris sunt in .22.
gradu tauri: & sic de alijs. Tertius motus trepidationis: quo sez octaua spher-
a mouet sup duobus circulis paruis: quorum poli sunt capita libe & arietis
none sphere: & semidiameter illorum circulozū est gradus .4. minuta .18. et se-
cūda .43. et ille motus accessus & recessus nominat: in 7. milibus quoq; ans
nis complet: & solus octauae sphere ppius est: quia vnus corporis natura-
lis tū est vnus motus fm naturā: rātionē illius motus stelle fixe non semper
eque distant a polis immobilibus prime sphere. Sic nec ecliptica firmamenti
semper est sub ecliptica immobilis: imo frequenter est extra eam: nec stelle fixe
semper in temporibus equalibus eque distant a capitibus arietis & li-
bre eiusdem primi mobilis / sed videntur moueri nunc versus orientem nunc
versus occidentem: nunc tardius / nunc velocius. Ptolemus nāq; motas re-
perit in centum annis vno gradu: alij sequaces et posteriores inueniūt mo-
tas in .66. annis vno gradu. Sensibili demonstratione patent hec in corpore
spherico pro motu octauae sphere ordinato. Omnis autem motus conueniens

Motus firma-
menti triplex

Motus augli.

Ptolemus

Liber VII Tracta. I

aliqui preter naturam (vt motus primus & secundus octaue spheræ) conueniunt alteri secundum naturam & non inferiori: quia illa in superiora non influunt: igitur superiori. Sic fit vt motus secundus qui octaue spheræ est preter naturam/sit none secundum naturam: & motus primus qui octaue & non est spheræ est preter naturam/decime siue primo mobili sit secundum naturam. Hi igitur motus oēs cum nondū a veterioribus essent cogniti: ad noticiam alij nec quidem none/alij vero decime spherarū non deuenere: cum hi celi quia stellis carent/visu non possunt deprehendi: nec rationes premisse concludunt demonstratiue fieri eū potest vt motus diurnus toti celesti machine sit cōmunis: motus reuersionis octaue spheræ sit proprius/ab alio tamen causatus motore. Pari formiter opponi posset de motu trepidationis. Discipulus. Relictis igitur istis naturas celorum explana.

De naturis & influentijs omnium celozū. Capitulum VII Magister.

Quoniam vt naturales tradunt/esse in mundo inferiori receptum tribus determinatū est: videlicet/materia: quantitate & primarum qualitātū/agentiū. s. et patientiū permixtione. Cum vero hec inferiora a lattonibus superiorum regi necesse sit (ob id em̄ mundus inferiori superior contiguus est) opere precii fuit creator: omnium in superioribus ordinare causas mouentes effectibus inferiorum proportionatas. Et he sunt celozū influentie & motus. Mobilis autē primi motus est vnus simplex: & semper equalis. Causat igitur in inferioribus vnum quod equale est in omnibus (nam idem inq̄tum idem non est nisi natum facere idem) et hoc est esse primū omnī rerum generabilium & corruptibilium. Receptio autem huius esse in materia nō fit: nisi vnum principiorū componentiū /ad alterum moueat. Necesse est igitur esse motū aliū a primo: qui huius sit causa efficiēs: & hic est motus secundus secundi mobilis. Et hi duo celi vniformitatis causatiui sunt: stellas non habent. Rursum hoc esse quod compositum est: consequitur determinatio per quantitatē & figuram/cuius causa mouens est latio celi stellati: & propter hoc conditor rerum huius celo diuersas constellationū imagines indidit. Esse vero quod determinat primarum qualitatum cōmixtione/ ppter sui diuersitatem/planetarum spheris attributū est. Unde in cōmixtione qualitātū/misceet aut frigidū cū sicco aut frigidū cū humido: & calidū cū sicco & calidū cū humido. In mixtione autē frigidi cum sicco neutra qualitatum est vite/ sed vtraq̄ est mortificatiua & causa male recipiendi: & in hoc mixturam impedit. Oportuit igitur spheram per motum suum hoc operem longissime poni a loco mixtionis: & similiter tardissimi esse motus: aliter omnis mixtura solueretur: & talis est spheræ Saturni. Eam tamen necesse est esse: nam operatur ratione permixtionis frigidi & siccipotentiā bene retinendi. Frigidū autem cum humido duplex est. Simplex/ quod est elementale/ et humidum/ quod est subiectum vite. Et id quidem quod simplex est/ vt miscibilibus tenaciter imprimatur/ a motu magis vicino loco mixtionis atq̄ velocissimo influunt Luna xum recipit: qui est motus lune. Humidum autem complexionale existens sub Venus lectum vite/ a spheræ veneris mouetur: que coniuncta est spheræ solis: qui da

De principijs Astronomie

tor vite perhibetur. Calidum autem cum humido esse non potest / nisi sit hu-
midum spiritale. Ex quo progreditur spiritus vectores virtutum vite: ideo
celum cum quo iungitur id excellens esse non potest (quia tale non est nisi cū
ficcio) est ergo calidum complexionale: et illud mouet sphaera Iouis. Calidū
cum sicco rursus duplex est: aut enim est motuum totius materie: aut est di-
gestiuum et maturatiuum materie iam note. Primum est calidum feruens et
vincens motum a sphaera Martis: que ob id moderate remota est: vt possit
locum mixtionis attingere et non destruere. Secundum autem calidum semi-
num conceptiuum et maturatiuum a solis sphaera mouetur: et ab eadem vite
primordialis semina recipit. Ultra dictas autem planetarum sphaeras / qua-
rum sex sunt: ponitur septimus scilicet Mercurius: qui ob varietatem sui mo-
tus mixtionem atq; virtutum dictarum applicationem habet: vnde ab astro-
logis dictum est. Cause agentes sequuntur solem: materie lunam: secunditas
causarum agentium iouem: secunditas materierum venerem: velox expedi-
tio ad effectum (propter vehementem calorem) martem: propter multiplicē
virtutem mercurium: et cunctarum continuatio permanens sequitur Satur-
num: et rursum calor viuificus Soli: calor adurens Martis superficies varia
Mercurio: humor aeris Iouis: humor aqueus Lune: humor mixtus Venere:
et moles tora Saturno attributa est. Et hec quidem sū astrologos dicta sunt
Celum vero vndecimum (quod locus est beatorum) theologorum auctori-
tas annumerat. Discipulus. Diuisionem partis ethere in celos vndecim:
et partis elementaris in partes quatuor: in super et de celorum numero demon-
strationem cupide accepi: singulorū tamen vellem audire dispositiones atq;
formas. Magister. Vereor ne dum dispositiones omnium mundi sphaera-
rum in medium ferre tentauero epitomatis leges infringā. Attamen ne tuis
videar contraire petitionibus / de singulis saltem pauca adducam. De supe-
rioribus autem ad inferiora premisso ordine descendens ab empyreo celo
exordiar.

De celo Empyreo: Ca. VIII Magi.

Celum vndecimum immobile primo die creatum et mox angelis
sanctis repletum / est corpus subtilissimum / primum mundi funda-
mentum et quantitate maximum: qualitate lucidum: figuracione
sphaericum: locali situ supremum: amplitudine spirituum et corporum visibi-
lium et inuisibilium contentiuum: dei summum habitaculum. Est itaq; diuer-
sas ob causas varie denominatum. Dicitur enim empyreum quasi ardens et
ignitum: non quidem realiter: sed quia lumine corporali perfusum: aut quia
a superbenedicta trinitate in eodem residente illuminatum. Dicitur etiam
olimpum a limpiditate et crystallinum: eo qd sit corpus solidum non conca-
num / transparens et lucidum. In quo tamen corpora beatorum subtilia sine
resistentia aut dimensionum penetratione ambulabunt. Quod autem hoc celum
a quibusdam intellectuale dicitur / accipiendum est: quia a nobis nō visibile /
sed intelligibile tantum est. Aut quia locus sit deū intellectualiter contem-
plantū. Nonnulli etiam vltra celum empyreū / celsū trinitatis annumerāt: qd
dicūt esse deū sū rem: et differē rōne: nihil tñ aliud est (inquit Albertus) qd vir-
tutis ei⁹ excellentia: qd potest et ambit oīa creata. Et esse in tali celo est esse in
equalitate virtutis dei omnia continentis atq; saluantis: qd solum conuenit
patri filio et spiritui sancto.

Jupiter

Mars

Sol

Mercurius

Celum empy-
reum
Beda
Basiliius li. ij
hexameron

Celum intel-
lectuale.

Celum trini-
tatis.
Albertus

Liber VII Trac. I

De celo decimo siue primo mobili.

Capitulum IX Discipulus.

Celū decimū
p̄mū mobile
Motus eius

Celo decimo quid dicitur? Magister. Celum decimū omnī corū
porū primū est mobile: motu scz diurno ab oriente occidentē ver-
sus: iterū redeundo in orientē in. 24. horis: sine fatigatione ⁊ pe-
na regulariter. i. non velocius vno tempore q̄ alio. Et illo motu secum rapit
omnes sphaeras inferiores. Fitq; talis motus super polis mūdi. Discipulus
Que aut quot in hoc celo sunt stelle. Magister. Nulle: attamen in ipso / sicut
⁊ in nono characteres ⁊ lineationes: non nisi a visu acutissimo certis locis et
tēporib; pceptibiles esse supstitios qdā p̄tendūt. Quib; nōnulli noīe sapiē-
tes ⁊ mēte capti / imagines quas dā sub certis stellatiōib; signāt quas etiā effe-
ctus mirabiles sequi affirmant: quos diabolica machinatione nōnunq; secu-
ta experientia docuit: quorū fraudē / dum nō aduertunt seipfos ⁊ alios mise-
re fallunt (quia fallūtur) ⁊ tandē ad caliginos ignis incenditū ⁊ perniciē eter-
nam ducunt. Ex predictis characteribus quidam signa duodecim in zodiaco
pstituit que eisdem nominibus quibus ⁊ ea que in octava sphaera sunt nomi-
nant: vt infra patebit. Hunc ad celum nonū descendamus.

De celo nono. Cap. X Magi.

Celū nonum.
Motus eius.

Motus stella-
rum fixarum.
Annus Pla-
tonis

Celum igitur nonum similibus (vt dicunt) characteribus quibus ⁊
decimū est insignitū: stellis caret: duplici motu reuoluitur. Primo
quidē ad motū primi mobilis. Secundo motu pprio ab occidente
versus orientē sup polis pprijs in. 200. annis gradu vno ⁊ minutis. 28. se-
re fm successione signorū respectu zodiaci p̄mi mobilis. Semp em supficies
ecliptice illi; none sphaere ē in supficie ecliptice p̄mi mobilis. Arcus aut siue
distātia intra capita arietis p̄mi mobilis arietis hui; sphaere: dicitur mot; stellarū
fixarū. Totūq; reuolutionē in. 49000. annis cōplet: q̄ reuolutio a quibusdā ma-
gnus annus Platonis dicitur. Hinc em platonē scripsisse: Integra reuolu-
tione istā cōplata: omnia in eodem statu ⁊ dispositione cōsistere / quo in initio
reuolutionis fuerant. Hanc positionē diuus Augustinus de ciuit. dei li. xij. ca.
xii. in fine explodendā ⁊ religioni nostre contrariam ostendit dicens: Absit Augustinus
in q̄ vt nos ista credamus: semel em christus mortuus est p peccatis nostris:
resurgens autē a mortuis iam non moritur: ⁊ mors ei vltra nō dominabitur:
⁊ nos post resurrectionē semp cū dño erimus: ad Romanos. vj. Et hoc celū a
quibusdā aqueum / ab alijs crystallinū appellat: supra firmamentū em (q̄
octauū celum dicit) scriptura aquas esse multipliciter astruit: vnde in Benesi Aqueū celum
legitur: Fiat firmamentum ⁊ diuidat aquas ab aquis ⁊c. David: Qui tegis nonum
aquis superiora etus: ⁊ iterum: Aque que super celos sunt laudēt nomen dñi. Ps. clij.
Et in Daniele: Benedicite aque omnes que sup celos sunt domino. Has nō: Ps. cxlvj.
xxvij. Alij congelatas coniecturant: vnde ⁊ hoc celū crystallinū nominant. celum nonū
Idem
Leteri hoc celum quia ex materia (de qua dictum est: Et spiritus domini ferē-
batur super aquas) constitutum sit: eodem nomine posse appellari / argumē-
tatur. Augustinus autem concludendo dicit: Quomodo ibi sint: tamē eas ibi
esse minime dubitamus. Vator em est huius scripture auctoritas q̄ omnis
humani ingenij perspicacitas. Causas autem quare ibi sint aque constitute /

Dantella. liij.
Augustinus
Ben. j.
Idem

De principijs Astronomie

quia varie a multis assignatur silentio libuit preterire. Discipulus. Num ce- lum empyreum / crystallinū nōnunq̄ appellari / superius cōmemoratum est?

Magister. Etiam sili. Sed rationem huius adiunximus. Nec te mouebit non omnino concors celorum distinctio et appellatio / si in re ipsa concordiam ex dictis amplexus fueris. Verū tamen et te vno admonendū existimo: nōnul- **Rabanus** los. s. supremam ignis partem celum igneum: partem vero inferiorem olym- peum: sic aeris supremam partem celum ethereum: inferiorem autem celum aereum nominasse. Discipulus. Quod subest octauū celum percurramus.

De octauo celo. Capi. XI Magi.

Subest celum octauum quod et firmamentum dicitur: et stellis inuis- **Firmamentū** merabilibus ornatum est: que appellantur: quoniam omni tempo- re equaliter a seipsis distant: nec proprium motum a motu sui celli habent. Sunt etiam in eodem celo decem circuli imaginarij sese intersecan- tes: ac imaginum in celo sicut motum et diuersitatem notificantes. Mouetur autem hoc celum motu triplici: vt dictū est supra in capitulo. vj. Et vt ea que **Motus eius.** dicta sunt clarius intelligas: de circulis primū: dehinc de stellis et imagina- bus octaue sphaere tractabimus.

De circulis decem in firmamento imaginatis et primo de maioribus.

Capitulum XII Discipulus.

Qui et quales sunt hi circuli? Magister. Circulorum in firmamen- to imaginatorum quidam maiores sunt: quidam vero minores. Discipulus. Quot et qui sunt maiores? Magister. Sex sunt: hi scilicet qui per firmamenti conuerſam superficiem et eius centrum tranſeunt: ipſi in duo equalia diuidunt. Horum nomina sunt zodiacus: equinoctialis: colu- rus solsticiozum: colurus equinoctiozum: circulus meridianus: et horizon.

De circulo equinoctiali. Capi- tulum XIII Magister.


Est autem equinoctialis circulus quidem di- uidens sphaeram in duo equalia sicut quilibet sui partem equaliter a polis distans. Dicitur equinoctialis: quia cum sol per ipsum transit (quod bis fit in anno: cum scilicet est in principio arietis cir- ca festum Gregorij: et in principio Libre circa festum exaltationis crucis) fit equinoctium in vniuersa ter- ra: hinc et equator diei et noctis dicitur: est enim tunc dies duodecim horarum / similiter et nox. Nomina- tur etiam cingulus primi mobilis: quia ipsum in me- dio per duo equalia per modum cinguli diuidit.

De circulo Zodiaco. Capi. XIII Disci.



Liber VII Trac. I

Zodiacus circulus **D**iscipulus quis est circulus? Magister. Is qui per sphaera media transiens equinoctialem intersecat: et intersecatur ab eodem in duas partes aequales: quarum una versus austrum: reliqua vero versus septentrionem declinat: ob id et circulus obliquus dicitur. Et signa versus austrum declinata australia vocantur scilicet Libra: Scorpio: Sagittarius: Capricornus: Aquarius: Piscis. Ea vero que versus septentrionem se vertunt: borealia a vento: vel Septentrionalia dicuntur scilicet: Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo. Est autem haec declinatio. 23. gradibus et dimidijs: aut fere. 24. gradibus qui ex divisione totius in. 360. proveniunt. Zodiacus autem nominatus est 302 quod est vita: sol enim sub illo circulo motus cunctis vitam praestat inferioribus aut ἀπὸ τοῦ ζωδίου. a zodion quod animal dicitur. Sunt enim in eo duodecim imagines per stellarum positiones formatae: et nominibus animalium insignite: et solus is circulus in firmamento latitudinem habere describitur. Discipulus. Quanta est latitudo eius? Magister. Duodecim graduum: et praefata divisione in. 360. sumptorum: et per medium horum linea imaginatur dividens zodiacum in circulo in duo equalia: a quolibet parte sex gradus relinquendo. hinc linea ecliptica nomen est: quia tunc solum cum sol et luna sub ea fuerint: eclipsis fieri possit. Ex hac zodiaci partitione patet: signum quodlibet in longitudine habere gradus triginta: in latitudine vero. 12. Quandoque tamen totum firmamentum in duodecim equalia dividitur per sex circulos per polos zodiaci et initia signorum in zodiaco distinctorum transcentes: et tunc stelle extra zodiacum existantes dicuntur esse in signis.



De circulis Coluris. Capitululum XV Discipulus.

Colurus solstitionum. **O**escribe coluros. Magister. Colurus solstitionum est circulus per polos mundi et principia cancri et capricorni transiens: sphaeram in duo equalia dividens. Discipulus. Et unde hoc sortitus est vocabulum? Magister. Quia incompletus apparet aut ut communiter dicitur a colon quod membrum: et nos quod bos silvester interpretatur: apparet enim huius circuli sola una medietas in modum caudae bovis silvestris erecta. Sed solstitionum dicitur: quoniam sol ipsum attingens: amplius non ascendit: ut cum circa festum Altii Cancerum intrat: nec descendit: ut cum Capricornum circa Lucie festum lustrat: et horum primum solstitium estivale (quia in aestate) alterum vero solstitium hyemale (quia in hyeme fit) appellatur. Colurus vero equinoctiorum est circulus per polos mundi et initia arietis et librae transiens sphaeram in duo equalia dividens: dicitur autem equinoctiorum quia sol ipsum attingens equinoctia facit: unum scilicet vernale circa festum Beatorum goz: alterum vero autumnale circa festum exaltationis crucis. Et hi duo circuli sese in polis mundi intersecant ad angulos rectos et sphaerales.

De principijs Astronomie

De circulo meridiano. Ca. XVI Discip.

Meridianum in sphaera quæ dicitur circulum? Magister. Cum ipse qui transit per polos mundi et per zenith capitis nostri. Est autem zenith capitis nostri punctus firmamenti directe capitibus nostris suppositus. Appellatur est autem is circulus meridianus quia cum sol ab ortu ascendens ad ipsum pervenerit: illi per cuius zenith talis circulus transit/meridies est: ex quo patet civitates equaliter ab oriente et occidente distantes/duas earum scilicet latitudinum eundem habere meridianum: has autem que inequaliter ab ortu et occasu distant/diversos meridianos habere necesse est: et differentia eorundem ab invicem/longitudo civitatum in tabulis astronomicis appellari solet: manet autem civitatum meridianus idem ad 300. stadia: ultra variat ad sensum.

Circulus meridianus
Zenith

De circulo Horizonte. Capitulum XVII Discipulus.

Horizon quis circulus est? Magister. Qui superius hemisphaerium ab inferiore dividens/visum nostrum terminat: unde et hoc accepit nomen: horizon namque terminator visus interpretatur: et ille quidem duplex est: rectus et obliquus. Rectum autem horizonta habere prohibent: qui sub equinoctiali habitant: nam horum horizon per polos mundi transit: et equinoctialem ad angelos sphaerales et rectos dividit. Sed horizonta obliquum sine declivem habent: quibus unus polorum super horizonta elevatur: horum enim horizontem equinoctialis ad angulos sphaerales obliquos intersecat. Est autem zenith capitis semper polus horizontis: ex quo facile claret tantam esse distantiam zenith capitis nostri ab equinoctiali/quantam fuit super horizontem elevatio poli mundi. Est autem ad sensum civitatum horizon idem ad 400. stadia.

Circulus horizon

De circulis sphaere minoribus. Capitulum XVIII Discipulus

Circulos maiores sex ex premissa descriptione in sphaera imaginari facillimum videtur tunc minorum descriptiones subiungito. Magister. Circuli minores in sphaera imaginandi sunt quatuor: quorum duo ex motu polorum zodiaci circa polos mundi causantur. Poli namque zodiaci a polis mundi per vigintitres gradus et fere dimidium distantes: circa eosdem voluntur: quorum unus Arcticus: reliquis vero Antarcticus appellatur. Arcticus quidem ab arctos constellatione quam et visam maiorem dicitur que circa hunc circulum (ut in sequentibus patebit) invenitur. Et idem circulus nonnumquam Borealis aut septentrionalis dicitur. Borealis quidem: nam in ea mundi parte est unde Boreas ventus oritur: Et septentrionalis a septentrione: id est minore visa: que septem stellis circa hunc circulum existentibus figuratur: que et triones: id est boues appellantur: eo quod tarde ut boues moveantur. Et idem nominibus polus mundi nobis semper apparens (qui et circuli arctici centrum est) nominatur. Oppositus vero et polus et circulus Antarcticus quasi contra Arcticum dicitur. Idem Australis a vento: et meridionalis a tali mundi plaga. Discipulus. Qualiter autem alij duo minores circuli in sphaera imaginantur? Magister. Taliter. Nam sol existens in primo puncto cancri/circulum quendam


Circuli minores.

Arcticus

Antarcticus.

Tropicus cancri.

Liber VII Tra. I



De principiis Astronomie

describit: quem tropicū cancri dicimus tropicū quidem a tropos/quod est cō
deserionam tunc sol altius nō ascendens a nobis se puerit. Sic similiter cū
in primo puncto capricorni fuerit/circulum quendā describit: qui tropic⁹ ca
piceorni ex eadem causa appellat. Hi sunt circuli nō modo in firmamento/ve
rumetiā in nona et decima spheris imaginādi: vt precedens admonet descri
ptio. **Disce.** Facile ex dictis tale corpus quoddam ex circulis realibus/vel
lignis aut eneis cōponendū esse arbitror: qm̄ oīm quantitātē atq; distantiā
et in sphaera situs aperto sermone dilucidasti. **Magi.** Si hanc tuam ima
ginationē opere cōpleueris/singula que diximus clarius atq; planius in ta
li corpore conspicias. Solida nāq; in planis figurari laboriosum est.

De natura motu et figura stellarū: et si anima te sint: et de galaxia. Cap. XIX **Disce.**

Munc pmissorū ordo ex postulat vt stellarū et naturas et motus de
scribas. **Ma.** Stelle omnes tam fixe (que in firmamento sunt)
q̄ erraticæ siue planete (que in septē orbibus planetarū cōsistunt)
eiusdē nature/motus et figure cū suo celo sunt. Unde sicut celum nō est elemē
tum nec elementatū/ sed ex materia prima et ppria forma substantiali com
ponit: et q̄tum de sua natura est simpliciter corruptibile: qz vero forma celi
p̄trariā non habet se potentiorē/ideo ab agente naturali nō corrumpit. **Sp̄m**
nec graue/nec leue: non calidum nec frigidū: sed oibus peregrinis vacuū im
pressionibus a naturalibus perhibet. Ita et stelle que celoz partes sunt/ ne
cessario cū celis eiusdē nature existunt: et ab ipsis tm̄ densitate et raritate dif
ferunt. Est enim stella densior orbis sui pars/luminis solis receptius et re
tentius: et p̄pterea potentie visus obiecta. Orbis vero in alijs partibus/qz
rarior lumen versus ipsum p̄iectū non incorporans/luminosus aut lucidus
nō fit: nec cuius coloris subiecti: ideo visibilis nō est. **Dis.** Et forsitan eadē
ex causa via quedā in celo lata et alba apparet. **Mag.** Sane opinaris. **Ma.**
is circulus albus: que greci galaxiā: latini vero circulum lacteum appellant:
(γαλαξ quippe lac significat) nō de natura elementari vel vaporosa: vt qui
dam volebant: sed de natura celesti existit: et qz ceteris celi partibus densior/
ideo fit luminosior. **Dis.** Cur autē hec pars similiter et stelle in die nō pos
sunt videri? **Magi.** Quia lumen matius (solis scz obfuscat et minus obum
brat: et ob id etiā carbo ignitus in die/ p̄cipue circa solis radios minus aut
quasi nihil lucet. Ex his substantiā stellarū manifestā relinquitur. superest
vt motū earundem breuiter percurramus. **Dis.** Unde mouent stelle? **Mag.**
Stelle omnes mouent ad motum sui orbis circulariter: sicut pars ad motum
totius. Orbis autem (vt multis placet) a suis formis substantialibus mo
uentur. Sed vt alijs videt ab intelligentijs proprijs rotant: ita vt etiam pri
mum mobile ab oīm creatore inexhausti vigoris motore voluat. Unde **Boe
tius:** Qui perpetua mundum ratione gubernas: Terrarum cellq; sator q̄
tempus ab euo Ire iubes: stabiliq; manens das cuncta moueri. Et **Aristo.
Aristoteles** p̄j. methaphy. numerum intelligentiarū fm̄ numerum motū venari attem
ptant. Hinc plures moti vt celos animalia dicerent. vt **Aristoteles** secundo
de celo et mundo. **Auerrois** primo celi/et libro de substantia orbis. **Auicēna**
quinto naturalium. Idem sensit **Plato** et antiquoz multi. Hec quoq; questio
summos theologos nō mediocriter exercere solebat. vñ **Augustinus** in En-

Tropicus can
cri
Tropicus cas
piceorni

Algazel de na
tura speculi.
Stella.

Galaxia

Mot⁹ stellarū

Boeti⁹ de cō
sol. li. 3. me. 9.
Aristoteles

Augustinus

Stelle anima
te non sunt

Hieronymus
ad Auitū de
erroribus Or-
igenis in pe-
riarchon.
Idē de cogni-
tione vere vite.
Damasceus

Stelle erra-
tice
Stella per se
non mouetur.

Augustinus
de ciui. dei li.
xvj. ca. xliij.

chri. ca. 57. cum discretione angelice nature nonnulla differuisset/subiungit
Sed nec illud quidem certū habeo/vtrum ad eandem societatem pertinent
sol et luna: et cuncta sidera: Quis nonnullis lucida corpora esse non cū consensu
vel intelligentia videant. Et de ci. li. 13. ca. 16. Platonis de hac re senten-
tiam discutiens/subiungit: Et hoc quidem: vtrū Plato verum de sideribus
dicat/alia questio est. Neq; em ei p̄tinuo concedendum est: globos istos lumi-
num sine orbiculis luce corpora super terras seu die seu nocte fulgentes suis
quibusdam proprijs animis viuere/etq; intellectualibus et beatis. Verum
tū cū sanctus Hieronymus libros Periarcho Origenis cribraret/inter cete-
ros errores damnabiles hūc quoq; in primo libro Periarcho Origenem
scripsisse testat. Unde quod super Ecclesiastic. 1. ca. recitat non sū propriā
opinionē/sed alioꝝ sez platonicoꝝ et poetarum ponit: quorum testimonia ad-
ducit. In libro etiā de cognitione vere vite (qui a nonnullis sancto Augusti-
no ascribitur) de astris dictū est: Qui ea rationabilia vel saltē sensibilia cor-
pora arbitrant/lure sensu carentes/inter irrationabilia computant. Et Da-
masce. li. 2. Nullus animatos celos existimet. Inanimati enim sunt et insensi-
biles. Ceteri itaq; (quoz etiam auctoritas spernāda non est) corpora celestia
animata appellantes: aut philosophoz opiniones recitabant: aut quod veri-
tati contrariū non est illud non per informationē/sed assistentiā intelligunt.
Astat enim intelligentia orbi quē mouet: sed non informat: nec sensibilem in-
tellectualemue reddit. Disci. Si igitur stelle per se nō mouent: vnde est q̄
quandoq; propinquiores/quandoq; vero remotiores alijs sunt? Magister.
Omnes stelle firmamenti semper in eadem sunt distantia inter se: ideo fixe di-
cuntur: verū tamen ppter motū reuolūtionis firmamenti in quo sunt omnes stel-
le fixe: etiam q̄tum ad zodiacū none spherē/loca mutant de gradu in gradū
per signa ab occidente in orientē. propter motum aut trepidationis firma-
menti/non semper eque ab equinoctiali et polis mundi distant. Septē vero
planete q̄sq; sibiipsis/interdū vero stellis fixis cōiungunt. Ideo erraticę no-
minantur: quia de stella ad stellam p̄gredi quasi errantes cernunt: quod mo-
tu pp̄rio nō contingit: sed ad motum suoz orbium accedit. Si enim stella per
se moueretur/natura defecisset: quia stelle ad motum talem non organa/nec
figuram convenientē dedisset (cum figura spherica/cuiusmodi stelle sunt mo-
tui p̄gressiuo sit inepta) quod nullus vnq; naturalium admittit. immo omnes
vna voce clamitant/naturam in necessarijs non deficere. in superfluis non as-
bundare: nec quicq; frustra agere.

De numero differentia et quantitate stellarū
Capitulum. xx. Discipulus

Hic dicitis numerum stellarum erraticarū ad septem redactum intelli-
go: sed an ne idem de stellis fixis a philosophis attentatū sit dubi-
to. Mag. Attentatū quidem est a q̄ pluribus/sed a nullo vnq; in-
uentum: quia nec omnes eas videri posse/credendum est: inquit diuus Aug.
xvj. de ciui. dei. Nam quanto quis acutius intuetur/tanto plures videt. Et
et acerrime cernentibus aliquas occultas esse merito estimat. Exceptis eis
sideribus que in alia parte orbis a nobis remotissima oriri et occidere per-
hibentur. Postremo quicunq; vniuersum stellarum numerū comprehendit

De principijs Astronomie

se et cōscripsisse iactantur: (Sicut Aratus vel Eudorius) vel si qui alij sunt: Aratus
eos libri huius (scz Hesii. xv.) contēnt auctoritas. An et ppheta regius da- Eudorius
uid id solius dei esse / fideli carmine cecinit dicens. Qui numerat multitudinē P̄. cxlvj. a
stellarum / et omnibus eis nomina vocat. Veruntamen inter omnes magno
conamine astronomi mille et viginti duas notauerunt: atq; in naturis describe Hammer? stel
re: et easdem (quia quantitate inaequales sunt) sex differentijs separarunt. larū et differē
In prima itaq; differentia quindecim ponunt ceteris maiores: quarum queli tie earundem.
bet continet terrā centies septies. et fere sextam eius partē. In ordine secun-
do. 45. ponunt: quarū quelibet terrā. 90. p̄tinere dicūt: et paulo amplius vna
eius octaua. In magnitudine tertia. 208. sunt. et queuis earum terram. 70. et
quasi vnam eius quintā continet. In quarto ordinis. 479. existunt: et harum
queuis terrā. 54. cōprehendit. In quinta differentia. 217. reperiunt: et vna
queq; harum terrā continet. 35. In sexta et vltima differentia sunt stelle par
ue nūero. 49. terrā. 18. magnitudine sua excedētes. Et p̄ter has sunt quōq; Stelle nebu
que (quia obscure sunt) nebule dicunt. post has sunt alie nouem obscuriores le itē tenebris.
quālibet stellarum fixarum visu notabilium terra multo maiorē. De vero
quantitates a geometris demonstratione certa asseruntur inuente: vt claret
in astronomia alpbagan.

De celi imaginibus seu constellationibus.

Capitulum. xxvi. Magister.

His firmamētis stellis astrologorum nonnulli imaginum quarum
dam lineamenta imaginati sunt. Non tamen credendum eas in ce
lo realiter actu existere: aut coloribus tincta qualibus depinguntur
sed ab effectibus et situ earum et colores et nomina ipsis indiderunt. Et no
minatōres. 48. ponunt: quarum. 12. in zodiaco circulo: reliquas vero versus
septentrionem et austrum describunt.

De imaginibus siue signis zodiaci et de situ ortu et occasu eorundem. Ca. xxij. Bi.

Quot sunt imagines zodiaci: Ma. 12. ex stellis p̄fatis. 1022. firma
menti. 346. p̄tinentes. Harum nomina sunt. Aries: qui in coniune
ctone zodiaci et eq̄noctialis positus dorsum habet ad boream. ca
put eius conuertit ad ortū. oritur a capite et occidit pedibus. Aries
tra caput habet occidentale depresso / quasi ad terrā deflectere videat. Taurus
auerfus orit et occidit. Gemini capita habent ad boreā. iunctisq; dorsis hinc
inde membra distendunt ipsi inuicem: vt complexi mutuo se tenent: oriuntur
iacentes: et occidunt a pedibus. Cancer pedes versus vtrumq; polum por
rigit: leonem respicit: venter eius terram versus porrigitur. oritur autem et
occidit a posteriore corporis parte. Leo respicit cancerū: dorsum ad boream
habet. a capite orit et occidit. Virgo caput habet post leonē. dextera manu
tangit circulum eq̄noctiale: qua et spicas tenet: orit et occidit a capite. Lib
le siue libra (q̄ prima pars scorpiōis est. nā Chaldei vndecim tñ zodiaci po
nunt imagines) lances duas habet: quarū vna borealis / altera australis dicitur.

Aries

Taurus

Gemini

Cancer

Leo

Virgo

Libra

Scorpio Scorpio virginē respiciens / pedes versus utrumq; polum porrigit: caudam
Sagittarius. reflectit versus boreā. ventre eius respicit terrā: oritur rectus. et occidit cur-
 uo corpore. Sagittarius qui et Chiron / caput habet versus boream: respicit
Capricornus. scorpionem: sagittam et arcū tenet: arcus tangit manū sinistram et pedem si-
 nistrum: rectus oritur: et preceps occidit. Capricornus qui et egoceros / dor-
Aquarius. sum habet versus boreā: caput versus sagittariū: sed puerus versus aquas
 am: manū sinistrā extendit supra dorsum capricorni: et dextera effundit aquā
Pisces vna / que vsq; ad pisces decurrit: et ad ortū tēdit: oritur et occidit caput pri-
 us ceteris membris. Pisces duo sunt. dorsum primi boreale: dorsum secundi
 versus brachiū andromede occidentale. vnus aquariū / alter boreā respicit.
 Et inter ipsos lineola quedā est qua quasi vinculo alligantē inter caudas am-
 borum. Inferior pars oritur et occidit. Et si zodiaci signa equalia sint. 30. scz
 graduum in longitudine. et. 12. in latitudine: vt dictū est: tñ imagines iste nō
 omnes equales sunt. Quedam em̄ extra zodiacū protendunt: et quedam lon-
 gitudinem. 30. gradū excedunt. vt in Alfonsi tabulis lucidius deprehēdes.

De imaginibus septentrionalibus.
Capitulum. xxiij. Discipulus.

Septentrionē versus quot describunt? Ma. 21. de prefatis. 1022.
 stellis fixis. 360. continētes. Harū nomina sunt. vna maior / que cy-
 nosura. vna maior siue arctos. vna medio inter ambas vras.
 Lepheus. Cassiopeia. Corona. Hercules. Vultur cadēs. Pleiades / siue gal-
 lina. Arctophilax siue Bootes: et quandoq; arcturus dicit. Perseus cum ca-
 pite Borgonis. Auriga / siue agitator. Anguitenens. Anguis. Sagitta siue
 iaculum. Aquila siue vultur volans. Delphin. Equus primus. Equus secū-
 dus. Adromeda. triangulus.





De imaginibus australibus
Capitulum. xxiij. Magister

Deter has sunt alie extra zodiacū Austrū versus porrecte. Di. Et
 quot sint? Ma. Sunt quidecim de stellis fixis p̄dictis. 36. p̄tinen-
 tes. videlicet. magnus Cetus. Orion gladio succinctus. Eridani
 fluitas. Lep. Canis minor siue canticula. Canis maior: Argos nauis. Ara.
 Crater. Comus. Chiron siue Centaurus. Hydra. Turribulum. Australe ser-
 tum. Pisces australis. Harum osm dispositiones ac situm enumerare / epito-
 matis lege prohibemur. Sed de his si lubet in Arato / Hygino de siderib?
 ac tabulis Alfonsi / ceterisq; legere potes. Nam ibidem earū dispositiones /
 situm et numerū stellarum ex quibus sunt: et harum stellarum magnitudines
 et nomina clarius reperies. Cumq; auctores in nominibus et figuratōib?
 imaginum diuersos reperies: memento quod a principio monui non eas esse
 in celo naturali conditione: sed pro libitu vniuersū effigatas. Disci.
 Nisi igitur hec faciamus: et de signorum ortu et occasu / quoniam pauca su-
 pra tetigisti / si que alia habes in medium feras.

**De signorum ortu et occasu vt est apud poe-
 tas. Capitulum. xxv. Magister.**

**Aratus.
 Hyginus.
 Alfonsus**

De principiis Astronomie



Signorum ortus et occasus legentibus scripta sapientum multiplex occurrit et occasus et aliter astronomi de signorum ascensu et descensu. Apud poetas namque ortus signorum similiter et occasus reperitur tripertitus. Cosmice scilicet chronice et eliacus. **Dis.** Cosmice ortus quod dicitur: Ma. Ortus cosmice / que latine mundanum dicere possumus / est ascensus signi vel stelle in oriente de die. Et tamen signum in quo sol est /

antonomastice cosmice dicitur oriri. De hac Verg. in Georg. ostendens tempus sationis fabarum / dicit: Lapidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus: et aduerso cedens canis occidit astro. loquitur autem hic de cane in scorpione / et non in leone constituto. Occasus autem cosmice ortus. huius exemplum est apud Verg. ubi supra / docentem tempus seminandi frumentum. Ante tibi eoe atlantides abscondant debita que sulcis committis semina. Sunt autem atlantides sue pleiades stelle in tauro: que scorpione in autumno oriente occidunt. **Dis.** Ortus Chronice quod est? Mag. Ortus Chronice / que latine temporalem dicimus: est ortus signi vel stelle in oriente / post solis occasum. De isto loquitur Ouidius de Pentor: conquerens moram exilij sui / dicens: Quattuor autumnos pleias orta fecit. **Dis.** Si dicta dictis comparare straria vident. Nam antea apud Vergilium pleiades in autumno occiderent: iam vero eas (Ouidio teste) in autumno reperio oriri. Mag. Hec sane pensata potest simul esse vera: ut scilicet occidant cosmice: ut apud Vergilium est: et oriententur chronice: ut Ouidius voluit. Quod quidem vno die euenire potest: ut scilicet in solis occasu pleiades in oriente chronice ascendat: et rursus circa solis ortum in occidente cosmice descendant. **Dis.** Hunc nodulum solutum fateor. Chronice occasum ostende. Mag. Occasus chronice / est signi vel stelle oppositum signo vel stelle chronice orienti. ut apud Lucanum: **Lucanus**

Tunc northeffalicas vigeat parua sagittas. **Dis.** Eliacus ortus qui est? Ma. Ortus Eliacus siue solaris est exitus signi vel stelle de subradijs solaribus: sub quibus ante videri non poterat. ut apud Ouidium de Fastis: Jam lenis obliqua subsedit agris vna. et Ter. in Georg. Hnosiaque ardentis descendit stella corone: que cum iuxta scorpionem sit / sole ibidem existente videri non poterat. Occasus autem Eliacus / est ingressus signi vel stelle ad solis radios. ut in exemplo premissio. Taurus et aduerso cedens canis occidit astro. et plura his similia de hoc triplici ortu et occasu apud poetas sunt: quibus breuitatis causa pretermittis / de ortu et occasu signorum ad mentem astronomorum loquamur **Ouidius** **Vergilius**

Liber VII Tracta. I
De ortu et occasu signorū s̄m astronomos
Capitulum. xxvi. Disci.

Signa recte orientia et occidentia
Oblique orientia et occidentia

Respectu cuius astronomi signorū ortū et occasum ppendūt? Magis Respectu equinoctialis et rectitudinis et obliquitatis sphaere. **Di.** Id manifestius eloquere. **Ma.** Equinoctialis tam in sphaera recta q̄ in obliqua semper vniformiter ascendit. i. t̄pibus equalib⁹ semp̄ equales arcus de eq̄noctiali ascendunt. Zodiacus vero in vtraq̄ sphaera difformiter perorit. **Ma.** in t̄pibus equalibus nō semp̄ equales arc⁹ de ipso ascendūt: nec ascensionēs partū zodiaci equant̄ ascensionibus partū eq̄noctialis: sed aut minores/aut maiores sunt. et ob id Astronomi signa quedā recte/ q̄dā vero oblique ortū et occidere dicunt. Recte q̄dē signū ortū vel occidit/ cū q̄ maior pars eq̄noctialis ortū vel occidit. vñ **Lacer** Leo Virgo Libra Scorpio Sagittarius recte oriunt̄: et Capricornus Aquarius Pisces Taur⁹ Gemini recte occidūt. **Obliq̄** aut̄ signū ortū vel occidere atūt: cū quo minor pars eq̄noctialis ortū vel occidit: vñ p̄dicta sex recte orientia/ oblique occidunt: et illa tardius oriunt̄ q̄ occidunt: et sex recte occidentia oblique oriunt̄: et hec ocyus oriunt̄ q̄ occidunt. Quod q̄dem facillime deprehendes/ et oculorū iudicio cōprobabis/ si sphaerā ex p̄memoratis circulis cōpactā inter fixa horizonta circūdureris. **Terri⁹** aut̄ q̄tū ad q̄dū supputationē hec i reuolutiōe retis astralabij demonstrant̄. nam et per hanc p̄portiones ascensionū q̄rtarū zodiaci et eq̄noctialis in vtraq̄ sphaera facile cognosces. sic et nōnunq̄ maiorē partem eq̄noctialis q̄ zodiaci semper ortū inuenies. vel ecōuerso. et tū has quartas simul ortū cōp̄tes. vñ in quarta q̄ est a principio cancri vsq̄ in finē virginis videre licet. Similiter signa opposita in ascensionibus equalia inuenies. **Hunc** dieꝝ et noctū diuersitatē edicere hoīb⁹ s̄m variū sphaere sitū p̄tingentem conabor. **Dis.** Optime. necessaria enī vident̄ hec et scitu digna.

De diuersitate dierum et noctium
Capitulum. xxvij. Disci.

Dies et nox artificialis

Horæ planetarum


Dies naturalis

Inequalitas dierum naturalis

R horum vero intelligentiā scire operepreciū est astronomos dupl̄cem distinguere diē: artificialem scz et naturalem. Id t̄ps quod ab ortu solis vsq̄ ad occasum est/ diē artificialem: et id tempus quod a solis occasu vsq̄ ad ortū eiusdem est/ noctem artificialem appellāt. Et vtrūq̄ in partes. 12. equales diuidunt: quas horas planetarū vocant: quarum diurne a solis ortu/ nocturne vero a solis occasu initiū sumunt: et quotidie in quantitate/longitudine videlicet et breuitate variant̄: s̄m q̄ tempus inter ortum et occasum solis nunc multū/ nunc paruum reperitur: propter signorū tarditatem et velocitatē in ascensu in quibus sidus oritur et occidit. **Dies** autē naturalis est reuolutio equinoctialis circa terram semel: cum tanta parte zodiaci quanta interim sol pertransit motu proprio contra firmamentū. **Disci.** Quanto tempore autem equinoctialis reuoluit̄ semel circa terram? **Ma.** In. 24. horis fere. hoc est in die et nocte artificiali. **Dis.** Et ita omnes naturales sunt equales. **Mag.** probe: si tū equinoctialis motum attendis. Si aut̄ motum solis contra firmamentū animaduertas cuius tempus tempori reuolutionis equinoctialis addendum est/ dies naturales inaequales erunt. **Dis.** Ob quam causam? **Mag.** quia (vt dictū est) partes zodiaci nō equa

De principijs Astronomie

Iter ascendit: quodam enim tardi⁹ / quodam vero citius emergunt propter obliquitatē. Cum igitur sol motu proprio oēs has partes extra firmamentū peragret / quōsp in parte zodiaci / vel citius / quōsp vero in parte zodiaci tardi⁹ ascendenti reperit: et ita cum tps harū ascensionū inaequale sit / dies naturales quorū hec tpa partes sunt / inaequales esse necesse est. Hanc inaequalitatē nō vulgus percipit / sed astronomi in suis calculatiōib⁹ attendūt. **Di.** Sane intelligo: sed vnde fit quod tps int⁹ solis ortū et occasum (quod die artificialē notasti) inaequale sit / latius ostēdas.



Inequalitas diei artificialis
Ma. Hoc ex vario solis p signorū grad⁹ motu puenire intelligas. Sol nāq; a principio capricorni vsq; ad cancri initū vsq; ad 82. parallelos siue spiras describit: int⁹ q̄s medius equinoctialis est. vltim⁹ x̄o tropicus cancri: et fm⁹ tropic⁹ capricorni: a q̄ descēdēs vsq; ad finē sagittarij alii os. 82. parallelos describit: q̄ dierū naturalū circuli appellant. Ceteri planete huiusmodi parallelos mlt

tiplicant fm̄ numerū dierū q̄b⁹ zodiacū pagrant. Patet igitur quod planeta nunq; ex eo loco vnde pridie ort⁹ est eleuat. Descripti paralleli ab horizonte diuidūtur. Arc⁹ supra horizonte relictū dierū artificialiū / arc⁹ aut sub horizonte notū artificialiū appellant. Hi aut habitantibus sub equinoctiali i sphaera recta semp equalēs sunt. nā horizon eorū p polos mūdi transit. His aut quorū poli supra horizontē eleuant / ineq̄les sūt / equinoctiali dēpto: q̄ vbiq; i duo equalia p horizonta diuidit. Ob id cū sol ipm describit / in oī terra equocticū est: que oīa q; luce clarius oculis sphericū corpus inspicētib⁹ appareant / missa facio Annum tamen adijciendum apprimē necessariū duxi / quod in omni die artificiali siue longa / siue breui seu signa superstant: rotidemq; delitescunt. Similiter in qualibet nocte. **Disct.** Quomodo hoc fieri possit lucidius demōstrā. Nam cum omnia signa in longitudine et latitudine sint equalia: plura in multo tempore / pauciora vero in pauco tempore orti existimorant dies notetq; omnes pares esse debere. **Magister.** Bene quidem. quoniam nec signorum equalitas / nec motus irregularitas / sed difformitas siue ascensus siue descensus inaequalitas diuersitatem hanc causat. Unde in superioribus dictum est: quedam directe / quedam vero ascendere oblique. Ea autem que directe ascendunt in ortu suo / minus temporis habebunt. Cancer quippe vbi ortur horis duabus et quarta parte / occidit hora vna et deinceps. Leo vero ortur horis duabus et tertia parte. et occidit hora vna et semis et sexta. Virgo ortur horis duabus semis et sexta parte: occidit hora vna et tertia parte. Libra ortur horis duabus et semis et sexta parte: occidit hora vna et tertia parte. Scorpio ortur horis duabus et tertia parte: occidit hora vna et semis et sexta parte. Sagittarius ortur horis duabus et decima parte: occidit hora vna et deinceps. Signa opposita opposito modo oriuntur et occidunt. Unde quantum tempus est ortus cancri / tantum est occasus capricorni signi oppositi. et occasus cancri ostendit ortum Capricorni. Ita in reliquis pariformiter. Ex quo facile concluditur: in maxima die omnia signa in uia

Signorū ort⁹ et occasus


Liber VII Trac. I

prima die oia signa directe ascendunt: et in nocte eiusdem (que necessario est minima) oia oblique ascendunt: oriri: per oppositum de die minima et eius nocte (que maxima est) oportet intelligere. In utroque autem equinoctio tria directe et tria oblique ascendunt: oriantur tam in die quam in nocte. Sed hec lucidius demonstratione oculari in spherico corpore aut astrolabio possunt videri: diuerse in diuersis climatibus. Hunc calamus ad celum septimum festinat.

De celo septimo quod Saturni est Capitulum XXVIII Discipulus.


Cell septimi dispositionem et motum describas. Magi. Celum septimum (cum sit figure spherice) superficie sua conuexa superficie concaue octaue sphere iungitur: et in orbis tres ab invicem diuisos et con-

Septentrio vel Aquilo.




De principijs Astronomie

tiguos partit. In quorum medio orbis quartus et parvus: cui planete corp⁹
 infixum collocatur: et est epiciclus. Orbis superior celi septimi & in superficie
 conuerſa mundo cōcentricus est: & in concauā autē eccentricus est. Inferior au
 tem eōuerſo: & in superficie concauā cōcentricus est: & in cōuerſā vero ecētric⁹
 conſpicit. Et hi duo orbis augē saturni deferētes nominant: eo q̄ ad motum
 eorum aux saturni variet. Inter hos tertius orbis includitur: qui & in utrāq̄
 superficie eccentricus est: & deferens saturnū appellari solet: quia in ipſo orbis
 paruus (cui saturni corpus infixum est) deferē. Horum orbium figuratiōem
 in p̄effigiata poteris videre descriptione. Hunc motus eorūdem deferē
 banus. Hoc celum totum in die naturali ab oriente per occidentē: rurſusq̄ ad
 orientē raptu primi mobilis fertur. Sed quo ad orbis pticulares quos con
 tinet nō equaliter mouetur. Orbis em̄ superior & inferior (quos augē satur
 nū deferentes appellauimus) super axe & polis ecliptice octauē ſphere ad
 motū eiusdēl. p̄portionabiliter mouent: in ducētis ſez annis vno gradu & 28.
 minutis fere. Ita vt ſemp pars ſtrictior ſuperioris ſit ſupra latiorē inferioris:
 ne corporū penetratio/aut vacui admittat poſitio: Orbis vero medius



Liber VII Tracta. I

Motus orbis deferentis saturni. (qui deferens saturni est) sup are pprio axem zodiaci siue ecliptice secate / Pns
 successione signoz mouet duobus minutis fere quotidie. Et poli eius a polis
 zodiaci distant: distatia tñ inaequalitatis em huius orbis axem zodiaci nō in
 medio seu cetro secat: ppter ecētricitatē. Unde etiā superficies deferētis a sup
 ficie ecliptice inaequaliter diuiditur: ita vt portio maior in qua semp est aux
 versus aquilonem: minor autem in qua semper est oppositum augis ver
 sus austrū relinquat. Simile fit in Joue z Marte. Ex quo claret axem polos
 z centrū huius orbis circa axem polos z centrū orbis augem deferentiū siue
 ecliptice circūferētias paruoꝝ circuloꝝ sup
 ficie ecliptice equedistantes describere: z hoc
 ppter motū orbis deferentiū: quē virtute octa
 ue sphere habēt: vt hec p̄figitata admonet de
 scriptio. Epicyclus vero duplici mouet motu:
 in longitudinē sez z latitudinē. **Disci.** Quali
 ter in longitudinē? **Magi.** Sup centrū suum
 corpus planete sibi infirum in parte superiori
 sibi successione: in parte vero inferiori contra
 successione signoz portans. **Ob** id planeta in
 parte supiori directus / in parte vero inferiori
 retrogradus dicit. In ascensu vero vel descen
 su stationarius appellat: nō qz ster: sed nobis
 stare videt: cū tūc nō antroꝝsū vel retroꝝsū / sed
 vel deoꝝsū aut fursūm pcedat: quēsdmodū sagittam fursūm emissam quasi
 stantem in aere dicimus / cū directe ascendit aut descendit. Et hoc in omnibus
 epicyclū habentibus cōsiderat. In luna vero ppter velocē motū non aduer
 titur: ipa tamen in supiore parte epicycli tarda cursū / in inferiori vero veloci
 cursū dicit. Centrum x̄o epicycli non sup centro deferētis mouetur: sed super
 quodam puncto in linea augis / tantum a centro deferentis distante / quan
 tū hoc centrū a cetro mūdi elongatur. Et hic punctus centrum equantis est.
 Et circulus super eo ad quantitatem deferentis in eadem superficie descri
 ptus siue imaginat / equas noiat: eo qz motū cētri epicycli regulare z equare
 habeat. Ipsum quoqz in precedenti reperies descriptione. **Disci.** Ne nomis
 nū me fallat obscuritas / quid sit aux z linea augis ostende. **Magi.** Aux si
 ue apogium planete: punctus est deferentis / maxime e centro terre distans:
 punctus vero maxime centro terre propinquus oppositum augis siue
 ue perigiū. Linea vero per hos punctos z centrum terre transiens / linea au
 gis a nostris astrologis appellatur. Horum autem singulorum descriptiones
 post celozum explanationem subiungemus. Nunc quod cepimus prosequa
 mur. **Discipulus.** Qualiter mouetur epicyclus in latitudinem? **Magister.**
 Epicyclus in latitudinem mouetur respectu augis vere / super axe suo centrū
 eius z lōgitudines medias trāseūte. Et hic axis dū centrū extra nodos cap
 tis et caude: id est intersectionis superficieꝝ deferentis et ecliptice fuerit /
 superficie ecliptice eque distabit. Saturnus (qui z phenon) in triginta ans
 nis totū percurrit zodiacū: z continet terrā. 91. vicibus: et vnā eius octauā.



Motus epicycli in longitudinem

Aux
Oppositum
Augis
Linea augis
Motus epicycli
in latitudinē.

Motus z qn-
titas saturni.

De celo sexto qd est Jouis Ca. XXIX. Ma.

Sexti quod sequitur celū Jouis est: eo qz preter Jouis stellam nullā
 allam in se habeat. Est autem celo Saturni contiguum ita scilicet /
 vt superficies eius conuexa / concauaꝝ celi Saturni contingat.

De principiis Astronomie

Discipulus. Est ne etiam in plures orbes distinctum? **Magister.** Est et quæ admodum celum Saturni: quo ad figuratorem et eccentricitatem. Lotum autem quotidie motu primi mobilis ab oriente per occidentem / rursusque in orientem rapitur. Orbes vero augem deferentes (ut orbes Saturni) in ducentis annis uno gradu et. 28. minutis fere ad motum octave sphere moventur: nec in figuratone / aut motu epicycli in hoc et precedenti celi diversitas notatur. Deferens vero Jouis super axe et polis proprijs (sicut dictum est de Saturno) circumducitur. Est tamen motus huius motu Saturni velocior: Movenatur namque Iupiter (qui et pheton) quotidie quinque minutis fere. Et sic zodiacum in annis ferme duodecim percurrit. Continet autem Iupiter terram fere novagintaquinque vicibus.

Motus orbium
deferentium augem
Jouis
Motus defere-
rentis Jouis
Motus et quan-
titas Jouis

De quinto celo quod est Martis. Capitulum XXX Magister.

Celum quintum in descensu Martis est: nam in ipso solus Mars rotatur: celo sexto contiguum est: et sub eo locatur quæ admodum sextum sub septimo eorum totidemque orbes dividitur et movetur: et eisdem motibus quibus celum saturni aut iouis. Similiter et orbes eius deferente dempto: qui similiter super axe proprio et polis proprijs (ut deferens saturni aut iouis) revolvitur: velocius tamen. Movenetur enim quotidie triginta minutis fere: totumque zodiacum in duobus ferme annis et quinque mensibus percurrit. Mars (qui et arez quem et pyroin nominant) continet terram semel et dimidiam et eius partem vndecknam ferme.

Motus defere-
rentis Martis.
Motus et quan-
titas Martis


De celo quarto quod est Solis Capitulum XXXI Discipulus.

Celum quartum qualiter est dispositum? **Magister.** Celum quartum quod solis est (quoniam in eo sol movetur) in superficie concava celi Martis continetur: et in tres orbes particulares dividitur: duos scilicet augem deferentes: et ipsum deferentem solare corpus. Equantem autem epicyclum non habet. **Discipulus.** Quomodo hoc celum movetur? **Magister.** Quæ admodum superiores motu raptus ab oriente per occidentem redeundo in orientem in vigintiquatuor horis ad motum primi mobilis. Orbes vero augem deferentes eisdem moventur motibus quibus et orbes / auges Saturni Jouis et Martis deferentes. Deferens autem solis super polis et axe proprijs secundum successionem signorum ab occidente scilicet versus orientem / quotidie quinquagintanovem fere minutis et octo secundis circumferatur. Et ita sol totum zodiacum in. 365. diebus sex horis ferme peragrat: novisq; annum complet. Sex autem hore quater collecte diem integrum constituent: qui cum sua nocte vigintiquatuor horis constat: quem necesse est: infercalari excursu quadriennio: quod bisextum vocant: ne temporum ordo turbetur: ut ait divus Augustinus de trinitate. lib. iij. ca. iij. Verum de quantitate anni solaris præcisa nondum omnes concordant: sed de hoc alias. Huius autem motus axis per centrum deferentis transit: et axi ecliptice quæ est axis augem deferentium eque distat: hinc poli eius a polis ecliptice tantum distant quantum centrum deferentis distat a centro mundi sive ecliptice. Necesse est igitur

Motus defere-
rentis Solis.

Annus
Bisextus

Augustinus.



tur ut poli axis & centrum deferentis circa axim polos & centrum ecliptice circumferentias parvorum circulozum describant: quorum semidiamiter est ad eccentricatis quantitatem: cuius theoreticam hic vides. Aux vero solis a superficie ecliptice nunq̄ declinat: sed semper directe in ea voluitur. In alijs autē omnibus aux nōnunq̄ a superficie versus austrum aut septentrionem declinando movetur. Ob quod ceteri planete omnes quandoq̄ meridionales aut septentrionales dicuntur. Continet autem sol terram centies sexies & sexages: insuper & tres terrene molis octavas. Huic similiter & lune tanq̄ sideribus notioribus diversitas gentium innumera vocabula sociavit.

Quantitas solis

De celo tertio qd̄ e veneris. Ca. xxxiiij. Disci.

Tertij celi dispositionē in mediū feras. Magi. Tertij celū qd̄ veneris est: nā in ea sola venus rotat̄: in insup̄ficie cōcaua celi solaris cōtinet̄. Insup̄ & in orbes pticulares (quēadmodū Saturni iouis aut martis celū) partiē. Circūferē aut̄ hoc celū totū: ut p̄dicti in. 24. horis semel


De principijs Astronomie

ab oriente per occidentē in orientē redeundo per primi mobilis motum. Sed
orbes eius augē deferētes sup axe z polis zodiaci ad motū octave sphere cir
cūducunt: vti in alijs supra visum est. Orbis vero epicicli huius deferēs du- **Orbis lune**
plici mouet motu: vno quidē ab occidēte versus orientē: q̄ ē in lōgitudinē sup **ris motus du-**
centro equātis. Eodē autē tpe vnā cōplent reuolutionē centrū epicicli/vene- **plet:**
ris z solis deferēs. Alio vero motu mouet in latitudinē declinādo. s. ab eccli-
ptica: z medietas in qua epiciclus est/ semp versus aquilonē: reliqua autē ver-
sus austrū relinquit. Aux tñ deferētis q̄s ad austrū: q̄s ad aquilonē decli-
nat. Hic motus fit sup polis pprijs q̄ sunt in intersectionib⁹ deferētis z equā-
tis. Hic motus deuationis dici solet: z est minor⁹ decē/ in mercurio autē mi-
nutor⁹. 45. cū centrū epicicli est in auge vel opposito deferētis. Nam in interse- **Motus deua-**
ctionibus dictis est nulla: in locis autē intermedijs crescit z decrescit. Verū **tionis**
tamē nec hic motus: nec is quē inclinationis vel declinationis dicūt sensibulē
motū longitudinis errorē faciūt: vt colligif libro. xiiij. Almagesti. Quapro- **Almagesti.**
pter polos sup quibus primus deferentis motus fit/ a polis zodiaci recedere
rursusq; ad eosdē accedere necesse est. Ob id nōnullis visum est vnā aliū orbē
p̄dictos oēs includentē/ z mūdo concentricū ponere: ad cuius trepidationis
motū he deuationes deferētis fierēt. **Disct. Epicicli ho qualis est motus?** **Motus epi-**
Magister. Epiciclus veneris (sicut z dictoz) in longitudinē mouetur fm **cicli**
successionē signoz: z in decē et nouē mensibus solaribus fere semel reuoluit.
In latitudinē ho mouet motu duplici. Vno quidē vt epicicli dictoz: quo vnā
epicicli medietas versus austrū: reliqua ho versus aquilonē a deferēte decli-
nat. Ideo hic motus inclinationis dicit: q̄ diameter augis vere z oppositi epi- **Motus incli-**
cicli a superficie deferētis declinat: z eā secat. Hec declinatio maxima est circa **nationis**
nodos/ vbi deferēs z equans se intersecāt: z nulla in auge vel opposito equā-
tis. Unde centro epicicli ab auge equātis recedente vsq; ad oppositum eius/
aux epicicli versus aquilonē declinare incipit: z oppositū augis epicicli ver-
sus meridiem. Rursus centro epicicli ab opposito augis equātis recedente/
aux epicicli versus meridiē: z oppositū eius versus austrū declinare incipit:
donec centrū epicicli ad auge equātis venerit. Oppositū fit in mercurio. Ex
his ptz q̄ cū deuatio deferētis est maria/ epicicli declinatio est nulla: z econ- **Motus refle-**
trario. Reliquo ho motu (q̄ reflectiōis dicit) sup axe p epicicli auge z opposi **ctionis**
tū trā seūte reflectit: ita vt pars epicicli dextra versus austrū/ sinistra autē ver-
sus aquilonē a superficie deferētis moueat. Dextrā dico/ que post auge epicicli
est fm signozū successionē. Reflectio hec nulla est centro epicicli existēte circa
dictos intersectiōis nodos deferētis z equātis: ipso ho recedente ab ea inter-
sectione que caput dicit/ versus augens pars sinistra siue orientalis in venere
ad aquilonē/ in mercurio ad austrū reflectitur: recedente autē centro epicicli a
caudā versus oppositū augis equātis/ dicta medietas in venere ad austrū z
in mercurio ad aquilonē reflectit. **Disct. Ex dictis colligo quadruplicē epi-** **Motus epi-**
cicli motū. Primus: quo mouet in longitudinē ab occidēte versus orientem/ **cli q̄druplex**
portans in pte superiore planetā directe ab occidente ad orientē fm signoz suc-
cessionē. s. de ariete in taurū: de tauro in gemini z sic de alijs. In inferiore autē
parte retrograde ipm planetā ab oriente versus occidentē cōtra successionē
signoz deferēs. Secundus: quo ad deuationē deferētis in latitudinē nunc ab
ecliptica/ nūc ad eā declinat. Tertius: quo per se a superficie plana deferentis
planetā versus eclipticā/ aut ad eandē inclināt. Quartus: quo pars orientalis

Liber VII Trac. I

**Axes motu
epicicli.**

nunc ad austrum/nunc ad aquilonem reflectit. Magister: Hic epilogus te et diligenter auscultasse et non parum in theorematibus astronomie proficisse indicat. Lucide equidem epicicli motum non omnibus intelligibilem explanasti. Axes dictorum motuum enumera. Dicitur. Axis primi motus/polos suos versus austrum et aquilonem protendit: et axis ecliptice quandoque eque distabit: tunc scilicet cum declinatio est nulla: eum vero declinat epiciclus ab ecliptica: hic axis in una parte ab axis ecliptice eleuatur et in altera ad eam descendit. Motus deuiationis propriam axem non habet: quia fit ad deuiationem deferentis. Axis autem inclinationis siue declinationis axem motus longitudinis orthogonaliter secatur et longitudines medias epicicli transiit. Ideo poli eius orientem et occidentem versus protendunt: et semper dum centrum epicicli extra intersectiones equantis et deferentis fuerit/hic axis superficies ecliptice eque distabit. Axis vero reflectionis orthogonaliter per intersectionem duorum dictorum axium transiit: et polos suos versus augem et oppositum angis epicicli perpendit. Patet itaque quod hi tres axes in centro se intersectant: quemadmodum tres linee per longum latum et profundum corporis transeunt: per quas differentias positionis designamus. Apparet etiam axem reflectionis super axis declinationis inclinari: et axem declinationis super axis reflectionis reflecti. Insuper et hos ambos si in epiciclo fixe essent/super axe longitudinis circulariter rotari. Verum quadruplex hic epicicli motus tamen in venere et mercurio reperitur: nam in saturno ioue et marte epiciclus duas tantummodo habet: latitudinem unam/que per centrum eum ab ecliptica distat: alteram qua superficies plana epicicli a superficie plana deferentis quandoque declinat. In luna autem duntaxat latitudo prima/que est per deferentem inuenitur: nam superficies plana epicicli ipsius a deferente nusquam declinat. Et ad saluandos huiusmodi motus/quidam paruos circulos epicicli includentes imaginantur: ad quorum motus hec varietates contingunt. Venus (que et



Motus $\varphi\omega\sigma\varphi\omega\sigma$ id est lucifer: dum sol anteceedit: et heesperus eum occidentem solem veneris, sequitur) omnia zodiaci signa fere ad motum solis percurrit. Et est una de triginta septem partibus terre.

De celo secundo quod est Mercurij.


Capitulum XXXIII Magister.

Quod subest celum secundum Mercurij est: in superficie concava celi tertij continetur et in orbem quinque et epicicli partitur: habet enim duos orbis inaequalis spissitudinis/ quorum superficies conuexa superiorem

De principijs Astronomie

2 concaua infimi mūdo concētrice sunt: superficies vero cōcaua sup̄remi / 2 cōcaua uera infimi mūdo sunt ecētrice: sibi ipsi tñ concentricę: 2 hāc centrum (quod etiā centrū parui circuli nominamus) a centro equātis tantū / quantum centrū equātis a centro mūdi distat. Et vocant̄ hi duo orbes augē equātis deferentes. Mouent̄ autē sup̄ polis zodiaci ad motū octauę sphere. Inter hos extremos sunt alij duo orbes similr̄ inequalis spissitudinis: quorū superficies conuexa superioris 2 concaua inferioris idem centrum cum centro pp̄tulo predictorum orbium habent: id est centrū parui circuli. Sed superficies cōcaua superioris 2 puera inferioris idem centrū habent cū orbe quinto inter ipsos incluso: qui deferens mercurij dicit̄. Hi duo orbes (quos ad differentiam dictorum nigros fieri voluimus) vocantur augem ecētrici deferentes: et mouentur


Deferēs augē equātis sit niger 2 qui sub eo albus



Liber VII Tra. I

super centro parvi circuli contra successione[m] signorum super axe: quandoq[ue] axe zodiaci eque distantia z centrum parvi circuli transeunte eadem velocitate qua linea medij motus solis fm successione[m] signoru[m] voluit: horu[m] orbu[m] motu sit vt centru[m] eccentrici siue deferentis epicycli circulerentia quanda[m] parvi circuli describat: z hec circulerentia per centru[m] equatilis ibit: z centru[m] parvi extremoru[m] orbu[m] includit: quo z pro suo vtit. Orbis aut[em] epicycli deferens mouet sup[er] centru[m] equatilis in longitudine fm successione[m] signoru[m] eade[m] velocitate cum linea medij motus solis: vt de venere dictu[m] est. In latitudine vero mouetur quemadmodu[m] veneris deferens: hoc dempto q[uo]d medietas eius in qua epicyclus est semp[er] versus austru[m] ab ecliptica declinat: cuius oppositu[m] in venere reperitur. Discipulus. Epicyclus eius quomouet? Magister. Et epicyclus veneris. In quatuor tamen mensibus solaribus fere vna[m] revolutione[m] in longitudine sup[er] centro suo perficit. Queda[m] alia latent in motibus mercurij: que hic relatum iri locus no[n] est. Planeta vero mercurius omnia signa zodiaci fere ad motum solis peragrat. Est autem mercurius (qui z Stilbon) minor terra. Continet enim terra mercurij quantitate[m]. 2. 1952. vicibus.

Motus z quantitas mercurij



De principijs Astronomie

De celo primo qd est Lune. Ca. xxxiij. Disca.

Restat ut celi primi quemadmodum ceterorum figuracione et motu ostendas. *Ma.* Celum primum quod lune est (eo quod propter lunam in ipso nulla stella sit) totum in superficie celi secundi prout dicitur: et in orbem quatuor et epicyclum dividit. Habet namque in primis tres orbem sicut sol in figuracione dispositos. ultra hos habet unum orbem mundo peritricum / predictos tres ambiantem: qui deferens caput draconis dicitur. Insuper et epicyclum habet profunditati meridij primorum trium orbium inferum: in quo corpus lune figitur et movetur. ut hec subiecta manifestat descriptio. *Dis.* Per spicula atque clara est hec orbium lune distinctio. nunc motus ipsorum pandas. *Ma.* Orbem duo augem eccentrici deferentes moventur super centro mundi et axe primo / axe zodiaci in centro mundi intersecante. cuius poli a poliis zodiaci quibus gradibus invariabiliter declinant. Est autem is motus protra successione signorum / ultra motum diurnum in die naturali gradibus. xj. et minutis. xij. fere. Orbis duo epicyclum deferens movetur secundum successione signorum singulariter super centro mundi: ita ut tali motu centrum epicycli gradibus. 13. et. 11. minutis fere quotidie moveatur. Axis autem huius motus proprium centrum scilicet deferens transiens / axis augem deferentium equidistanter movetur. sic centrum et poli eius circa centrum et polos augem deferentium circumferentias describunt protra successione signorum. et poli eius a poliis augem deferentium distabunt secundum eccentricitatis quantitate. *Aur.* vero huius orbis non semper est sub ecliptica: sed aut versus austrum / aut aequilonem declinat: quemadmodum in alijs dictum est. *Ma.* superficies deferentis ab ecliptica super diametro mundi semper equaliter secatur. Orbis vero quatuor hos tres ambiantes movetur super axe zodiaci circa centrum mundi protra successione signorum omni die naturali tribus minutis fere: secum tali motu totum celum lune ex dictis tribus orbibus constitutum quos ambit / circumducens. Illo motu sit / ut poli augem deferentium circa polos ecliptice circumferentias describant. Epicyclum vero lune movetur circa centrum suum corpus lunare sibi infixum in superiore parte protra successione: in inferiori vero secundum successione signorum deferens. *Ma.* nulli vero sapientium ultra hoc corpus lunare circa centrum proprium moveri dixerunt: et ex eo motu maculam in luna apparentem nunc sursum / nunc deorsum apparere arbitrantur. *Dis.* Lucide quod volebam dissertasti. omnia eadem in primis: sed orbium descriptione oculis subiiciunt. Restat tamen ut quod pro capite caudam draconis accipiendum sit edicatur. *Ma.* Deferens epicyclum lune / ab ecliptica declinans ipsam eclipticam in duas interfecat partes. Due itaque sunt intersectiones: quarum una caput / altera vero cauda draconis appellatur: eo quod ista intersectione quasi draconis figura elevatis scilicet cauda et capite ventre depresso videatur: ut hec ostendit figuratio. *Dis.* Plane. Sed cum similes sunt intersectiones utraque / que caput portum / que cauda appellanda sit perspicuum non est. *Ma.* Intersectionum ista in qua cum centrum epicycli fuerit versus aequilonem incipit caput: opposita vero cauda appellanda est. Moventur autem virtute orbis exterioris in celo lune ultra motum diurnum versus occidentem tribus minutis fere. ut dictum est. et ita totum zodiacum in. 21. annis fere perambulant. Luna vero zodiacum in. 28. diebus pene totum percurrit. Et pertinet luna una de. 39. partibus terre. terra enim maior est luna tricesies nonies et paulo plus. Quidam tamen planetas non adversum mundum moveri: sed celeritate mundi quam sequi non poterunt proteriri inaniter pretendunt. *Dis.* *Ambrosius*

Motus orbium lune

Motus epicycli lune.


Caput et cauda draconis

Motus et quantitas lune

Ambrosius


Aristoteles
Opinio de cō
centu mundi

hexame. li. ij. ca. ij. et Aristoteles in li. de celo et mūdo ne
gant: qz nō audim⁹. Alioz aut plurimi nō modo cōcentū
orbū astruunt: sed et ex pportionibus ipsorū oēm mūste
vīm venant. Et inter firmamentū et saturnū tria semito
nia: inter saturnū et iouē semitonū: inter iouem et martē
semitonū: inter martē et solem tonū: inter solem et vene
rem tria semitonia: inter venerē et mercuriū semitonū: in
ter mercuriū et lunā semitonū: et a luna ad orbē terre to
nū pstituunt. sic a terra ad firmamentū septē tonos collī
gunt: qui est vniuersitatis numerus. Sic et bolem q̄ est in
croco sinus/ quatuor elementa cū tribus aīe viribus pfiēt
unt. Et p pfirmatione sus pstitiōis q̄tū ad pcentū/ dñm
in testē adducunt dicentē ad Job: Concentū celi dormire
q̄s faciet? Qd aut a nobis nō audī/ eo esse aiunt: qz extra
aerem nostrū fiat. Sed fortasse sonus preter aerē non fit
aerē nō elementarē/ aut aliū inter orbēs celestes esse phy
sica ratio nō admittit: nisi de eo dicat sicut de aq̄s supcelestib⁹. vt. s. vīfū est:



De macula lune et eius illuminatione
Capitulum. xxxv. Discipulus.

Lunari corpori inesse maculā paulo ante cōmemorabas: hanc vnde
ptraerit: aut quare nunc lumine augeat/ nūc deficiat edicito. Ma.
Quod in superioribus de stellaz natura differuimus: non modo de
stellis nris/ verū etiā de orbibus planetis (sole dempto/ q̄ se est lucidus) in
telligendū est. Corpus itaqz lunare cū inequalis sit densitatis et raritatis/
solares radij in ipso inequaliter incorporant. Ea ppter ptes densiores/ luci
diores: rariores vero obscuriores fieri necesse est. Dis. Obscuriores itaqz p
tes p maculā lune intelligis? Ma. Scite. Quod aut de augmento et defectu
luminis lune q̄rebas: ex accessu et recessu a sole accidit. Et cū eodē gradu so
li p iuncta fuerit/ medietas eius supior versus solē respiciens illuminat: no
bis vero minime apparet: cū aut a sole recedere incipit/ semper
magis ac magis in partibus a nobis visibilibus illuminat: dou
nec ad gradum solis oppositū pueniat: tunc em plena lumine et
tota a nobis illuminata videt (nisi eclipsē) a q̄ rursus recedens
luminē q̄ ad aspectū nostrū minuit: donec eidē rursus p iungat
In hoc diuersa sortit noia. Dicit em Conoides: id est cornicu
latis. Dicotomos. i. dimidia. Amphikyrtos. i. gibberosa. Ae
rūtū cū corpus solis multo maius sit corpore lune/ sol lunā pl⁹
q̄ p medietate illuminat. vt patet ex. 22. prime perspective. Lu
minosum aut equale vmbroso p̄cise medietatē vmbrosi illumi
nat: sicut luminoso minus vmbrosi partem minorem irradiat
Rursum sit vt luna quanto soli propinquo: tanto magis illumi
natur. Ambra que causat luminoso maiore opacum minus illu
strante dicit Conoides. que aut ab opaco maiore luminoso/ mi
nore ipsum irradiante dicitur Calarhoides. Equale aut lumino
sum super equū opacū cum inciderit/ fit vmbra ebilindroides
Dis. Quidius etiā si in p̄p̄to est causam addas/ quare luna a so




De principijs Astronomie

lis diuisione recedens quicquid citius/nonnunquam vero tardius nobis appareat. **Ma.** Minus astroꝝ periti triplicem volunt esse causam. Primam dicunt esse obliquitatē zodiaci et horizontis. Nam si sit coniunctio sub ecliptica in medietate/que est a fine sagittarij ad finem geminorū: tunc cum sol occidendo in horizonte fuerit plures gradus erunt in circulo reuolutionis lune a luna ad horizontē que de 30 circulo a luna ad solem. Ideo in climatibus septentrionalibus citius videri poterit que si in alia medietate esset. Secunda causa est latitudo lune ab ecliptica. Si enim post coniunctionē in latitudinē septentrionalem mouebit: iterum citius a nobis videri poterit que si in latitudinē meridionalem moueret. Tertia est velocitas motus lune: cum scilicet in superiore epicycli parte fuerit. Cum igitur omnes dicte cause concurrerint/luna vetus et noua in eodem die apparebit. Si vero due tantum inueniantur: in secunda die post coniunctionē videbitur. Si vna tantum in tertia die apparebit. et si omnium oppositum eueniat/in quarta die videbitur. **Disce.** Obsecro ne graueris lune eclipsationem/cuius paulo ante memineras/paucis dilucidare.

De Eclipsibus luminaribus. Capitulum. xxxvi. Magister.

Eclipsis (vt in proposito sermo de ea est) priuationē luminis astri significat. que in diuersis diuersē pertingit. In eclipsis in stellis fixis (vt supra diximus) propter presentiam maioris luminis scilicet solaris accidit. Nonnunquam vero propter diametralē corporis solaris aut lunaris interpositionē inter visum nostrum et astrum fixum/sine etiam erraticū euenit: preter hoc que terra nobis semper celi medietatē occultat. In luna vero (de qua ad presens) eclipsis propter diametralē terre interpositionē inter solem et lunam pertingit. tunc enim umbra terre pyramidalis/lune spherā transiens/uscque ad celum mercurij (vt aiunt) pertingit: et corpus lunare in se totum/aut particulare claudens lumine solis priuat et obfuscat. Accidit autem hoc cum luna in opposito solis est: et nec tunc semper: quoniam sole semper sub ecliptica ambulante luna nonnunquam versus aquilonē aut austrum declinat: et deferens lune deferentem solis in duabus partibus oppositis (vt supra visum est) interfecit: ob id nisi ambo hec luminaria in his intersectionibus aut prope fuerint/terra non diametraliter interponit: et sic umbra eius corporis lunare non includit: nec lumen solis versus ipsum proiecti prohibet. **Disce.** Quid cause est: cum omni nocte terra diametraliter inter solem et quasdam ex stellis fixis interponat: ob id tamen huiusmodi stelle minime eclipsantur? **Ma.** Causa ex dictis patet: quia umbra terre ad stellas fixas non pertingit: et vt multis placet/spherā mercurij non transit: illud autem propter solis magnitudinē/orbitum spissitudinē eorumdemque longam a terra distantiam et terre paruitatē contingit. **Disce.** Hanc orbitum a seimulicet et a terra distantiam silentio haud transeas. **Ma.** Distantia a centro terre usque ad uerxam eiusdem superficiē iuxta mentem alphragani est miliariorum. 3250. que est semidiameter terre. tota vero diameter est. 6500. et circumferentia. 20428. At vero a centro terre ad concavum orbis lune sunt miliaria. 109037. $\frac{1}{2}$. Ad uerxam lune et concavum mercurij sunt. 208543. eorumdemque est semidiameter orbis lune. diameter eiusdem est. 417082. et circumferentia eiusdem est. 1310829. $\frac{1}{2}$. spissitudo vero orbis lune est. 99504. a centro terre ad uerxam




Eclipsis lune

Liber VII Trac. I

mercurij et ꝑcauū veneris sunt. 542750 $\frac{1}{2}$ earundem est semidiameter orbis
 mercurij. et diamet̄ ē. 1085501 $\frac{1}{2}$ circūferētia. 3411575. $\frac{1}{2}$ et modicū vltra.
 Spissitudo vero orbis mercurij est. 334209. Et vero a centro terre ad cōue
 xum veneris et ꝑcauū solis. 364000. earundē est semidiameter veneris. dia
 meter aut̄. 728000. circūferētia aut̄. 22880000. et crassitudo orbis veneris ē
 3097250. A centro aut̄ terre ad ꝑuerū solis et cōcauū martis. 3965000. earū
 dē semidiameter orbis solaris. diameter est. 7930000. et circūferētia. 249228
 57 $\frac{1}{2}$ et orbis spissitudo. 315000. Sed a cētro terre ad ꝑuerū martis et cōca
 uū iouis. 28847000. earundē est semidiameter martialis orbis. diameter. 57
 694000. et circūferētia eiusdē. 181324000. et spissitudo orbis. 24882000.
 A centro aut̄ terre ad iouis ꝑuerū et saturni ꝑcauū sunt. 46816250. earū dē
 semidiameter orbis iouis. diameter est. 93632500. et circūferētia orbis. 294
 273572. crassitudo aut̄ vel spissitudo orbis. 17969250. Sed a cētro terre ad
 ꝑuerū saturni et ꝑcauū octaue sphere sunt miliaria. 65357500. tanta est semi
 diameter orbis saturni. diameter est. 130715000. Et circūferētia orbis. 4108
 18572. et spissitudo orbis saturni. 18541250. Sꝫ a centro terre ad ꝑuerū fir
 mamētī et ꝑcauū none sphere sunt. 130715000. et hic est semidiameter octaue
 sphere. diamet̄ est. 261430000. et circūferētia est. 821637143. et spissitudo eius
 dē est. 653575000. Eo vero tpe quo hec supputata fuere/nō dū in noticiā ves
 nerat decimū celū: qđ neoterici inuenerūt. Continet aut̄ millare iuxta intēti
 onē alþbragani passus. 1542. minus fere vna vicesimaquarta vnius passus
 quoz mille integrant millare romanū. Ex istis qđ de quātitate stellaz in su
 perioribus dictū est credibilis reddiē. Continet em̄ sol terrā centies sexagis
 esseries et tres eius octauas. Terra aut̄ ꝑtinet lunā trigesses nonies et insup
 fere quartā eius. Sol aut̄ maior est luna series milles/sexcentis quadragi
 es quater: et insup eius cōtinet medietatē. vti videre est in q̄nto Almagesti
 Ptolemei. Distantia autem planetarum a terra non semper est eadem: ꝑ
 pter eccentricitatem deferentis et epicyclorum quantitates. Propior est igit̄
 tur planeta terre in inferiori parte epicycli circa oppositum augis. et remot̄
 or in superiore parte epicycli et augem deferentis. Sed hec ad presens suffi
 ciant. Hec ego iam dicta verificauī/ sed ab alijs posita recitauī: ceteris de ea
 dem re opinionibus pretermisiss. Discipulus. Hec simul et iocunda sunt
 et miranda: ex quibus creatoris mira et inexhausta relucet et sapientia et po
 tentia. Sed ne his diutius immorati negligamus alta/ ad reliqua tuum ver
 tas sermonem: et eclipsis solaris possibilitatem ostendas. Magister. So
 laris eclipsis causatur ꝑpter diametralem Lune inter Solem/et visum nos
 trum interpositionem. Quod nō nisi in nouilunio potest contingere: nec
 tamen in omni. Sed cum in vel circa caudam/aut caput fuerint coniuncta: et
 cum precise in cauda vel capite coniunguntur/ potest contingere eclipsis so
 lis vniuersalis: sed non in omni terra/ propter aspectus diuersitatem. Unde
 Augustinus libro tertio capitulo quinto de ciuitate dei: de eclipsi solis facta
 dum dominus crucifixus est/ ait: Quam solis obscuritatem non ex canonico
 siderum cursu accidisse/ satis ostendit: qđ tunc erat pascha iudeorum. nam ple
 na luna pasche solennitas agitur. regularis autem solis defectio/ non nisi in
 lune sine contingit. Aliud vero quod eandem eclipsim contra naturam acci
 disse arguit/ est: quia fuit vniuersalis in tota terra.

De principijs Astronomie




De significatione terminorū tabularū Astro- nomicarum. Capitulum. xxxvij. Mag.

Speculationibus Astronomie quorundam terminorū in tabulis mo-
tuum occurrentiū rationes annectere opere precium est: ne in his de-
sum te erroris caligo inuoluat. Sunt autē hi termini (vt rem breui
us edicam) aux. oppositū augis. equatio. et sic de alijs. Hi autē aliter in sole/
aliter in luna / et aliter in reliquis accipiunt planetis. **Dis** In primis igitur
ipso vt in sole accipiunt edicas. **Ma.** Aux i sole dupliciter accipi solet. In
prima scz significatione / et secunda. Aux solis in prima significatiōe est pū-
ctus circūferentie. ecentrici: maxime a centro mūdi remotus. qui etiā longi-
tudo longior dicitur. Punctus vero oppositus / oppositū augis siue longitudo p-
pior nominatur. Linea autē per hec duo puncta et centrū mundi et centrū de-
ferentis extensa / linea augis vocat̄. Ex his longitudinē mediā facile intel-

Aux solis
Oppositum
augis
Linea augis

Liber VII Traact. I

lges. Est enim punctus inter augem et oppositū augis in deferente determi-
 natus per lineam a centro mundi exeuntem: que cum augis linea rectos an-
 gulos facit. Sed aux solis in secunda significatione est arcus zodiaci ab arie-
 te fm̄ successione signorum vsq; ad lineam augis computatus. Linea autem
 medij motus est linea a centro mundi ad zodiacum extensa: linea a centro eo-
 centrici ad centrum solare pertracte eque distātis. Medius autem motus so-
 lis est arcus zodiaci ab ariete fm̄ successione signorum vsq; ad hanc lineā
 computatus. Sed linea veri motus solis / est linea a centro mundi per cen-
 trum corporis solaris ad zodiacum extensa. et verus solis motus / est arcus
 zodiaci ab ariete ꝛc. vsq; ad hanc lineam supputatus. Arcus vero zodiaci in-
 ter has duas lineas / veri scz et medij mot⁹ / solis equatio dicitur. Arcus autē inter
 lineā augis et lineā medij mot⁹ solis argumētū notat. et hec singla ī subiecta
 oculis videre poteris descriptioe. Trāseam⁹ ad terminos lunares. Di. Trans-




De principijs Astronomie

De terminis tabularibus lune

Capitulum XXXVIII

Magister

Nam in luna tam in prima & secunda significatiōe: simi-
liter linea angis & longitudines medie accipiuntur quē
admodum in sole. Epicyclus tamen speciales habet au-
ges. Discipulus. Que sunt iste? Magister. Aux media epi-
cycli est punctus circumferentie epicycli quem ostendit linea pun-
cto diametraliter opposito centro eccentrici in circulo paruo per
centrum epicycli ducta: sed aux epicycli vera est punctus eiusdem
circumferentie: quem linea a centro mundi per centrum epicycli
ducta indicat. Linea autem medij motus lune est linea a centro
mundi per centrum epicycli ad zodiacum protracta. Sed linea
veri motus lune/ est que a centro mundi per centrum corporis
lune ad zodiacum extendit. Medius et verus motus ei sumun-
tur sicut in sole. Arcus autem inter lineas medij et veri motus
interiacens equatio argumenti lune est. Argumentum vero lu-
ne duplex est: medium scilicet et verum. Argumentum lune me-
dium est arcus epicycli ab auge epicycli media fm motum centri
corporis lunaris vsq; ad idem centrum lunare. Sed argumentū
lune verum ab auge epicycli vera vsq; ad centrum lunaris cor-
poris calculat. Centrum aut lune est distantia linee medij mo-
tus lune ab auge eccentrici fm successionem computata. Et hec
distantia longitudo duplex: siue intersitium quandoq; appella-
tur. Arcus autem epicycli inter argumentum medium et verum
interiacens equatio centri dicitur. Distantia vero linee medij mo-
tus lune a linea medij motus solis fm successionem signorum
media vocatur eorum elongatio. Predicta omnia hec preteracta
ostendit configuratio. Medius autem motus capitis draconis/
est arcus zodiaci ab initio arietis cōtra successionem signorum
ad lineam egredientem de centro mundi per caput. Arcus autē
ab ariete ad hanc lineam fm successionem/ est motus verus. Si-
militer videndum est de cauda. Videamus reliqua. Discipu-
lus. Dum in motu est calamus/ auscultare magis & inquirere
licet.



Aux media epicycli est punctus a.
 Aux vera epicycli est punctus b.
 Argumentum medium lune est arcus a. b. in epicyclo.
 Successio signorum est ab ariete versus augem lune ite-
 rum rediens in arietem.
 Argumentum verum lune est arcus. b. b. in epicyclo.
 Aequatio centri est arcus. e. inter. a. et. b.

De principijs Astronomie


De terminis tabularibus in reliquis planetis. Capitulum XXXIX Magister.

A Ex eccentrici/oppoſitum augis/linea augis/et longitudines medie in reliquis planetis eodem modo ſumuntur. Epicyclus vero augem habet ſpecialem. **Discipulus.** Que eſt iſta? **Magiſter.** Aux epicycli media/eſt punctus epicycli per lineam a centro equantis per centrum epicycli ducta deſignatus. Sed aux epicycli vera/eſt punctus epicycli qui per lineam a centro mundi per centrum epicycli ductam oſtenditur. Linea autem medij motus epicycli:eſt linea que a centro mundi ad zodiacum protrahitur: linea a centro equantis per centrum epicycli ducte eque diſtans. Sed linea veri motus epicycli:eſt linea que a centro mundi per centrum epicycli ad zodiacum ducitur. Linea autem veri loci ſiue veri motus planete:eſt que a centro mundi per centrum corporis planete ducitur. Medius itaq; et verus motus in his ab arietem uſq; ad dictas lineas eodem modo computantur ſicut in ſole. Sed centrum medium planete eſt arcus zodiaca linea augis ad lineam medij motus computatus. Centrum autem verum a linea augis ad lineam veri motus attenditur. Arcus uero inter lineam medij et veri motus epicycli interiacens:equatio centri dicitur. Sic ſimiliter equatio in epicyclo eſt arcus epicycli augem mediam et ueram eiusdem interiacens. Argumentum autem planete medium:eſt arcus epicycli ab auge eius media ſm motu eius ad centrum corporis planete numeratus. Sed argumentum uerum/ab auge uera ad planetam computatur. Arcus uero inter lineas veri loci planete:et veri loci epicycli interiacens/equatio argumenti dicitur. Exceſſus quo linea a centro mundi in augem longior eſt/linea a centro mundi in oppoſitum augis diuiſus in .60. partes minuta proportionalia dat propiora:ſic exceſſus dicte linee a centro mundi in augem ſuper lineam a centro mundi in longitudinem mediam/dat minuta proportionalia longiora. Horum exempla omnium in preceſſigata hic deſcriptione apparent. **Discipulus.** Sane conſpicio. Sed unde moti fuerunt ſapientes tanta orbium ponere diuerſitate? **Magiſter.** Ex eo nam uiderunt planetas diuerſis rotari motibus. Cum autem vnus corporis ſimplicis ſit tñ vnus motus/illam diuerſitate non niſi per diuerſos orbis poſſibilem eſſe argumentati ſunt. Et ruruſus:quia ſigna ſunt eiufdem longitudinis:et planeta vno tempore non mouetur uelocius q̄ alio (quia motus celi et omnium partium eius regularis eſt) citius tamen pertransit q̄q; vñ ſignu q̄ aliud:hoc autē ſaluari non potuit ſine orbium eccentricitate. Cum em̄ planeta in auge uel circa augem fuerit:ſub vno ſigno neceſſario longiorem arcu q̄ in oppoſito augis pertransibit. Unde et ſol non equis temporibus equales zodiaci quartas peragrat:q̄d pater:dies quibus percurrit quartas/vernalem eſt ualem/autūnalem et hyemalem numerando:minus quippe temporis abſumit dum eſt in ſignis australibus et circa oppoſitum augis q̄ in alijs: propter deferentis eccentricitatem. Et amplius:uidentur nonnunq; planete ſtare aliquando uerſus orientem/et quandoq; uerſus occidentem moueri. Quod ſine epicyclo haud facile ſaluatur. Ob has igitur cauſas eccentricos et epicyclos/et ex conſequenti orbis ad horum motus neceſſario poſuere. Sunt tamen qui hec omnia alia nituntur ſaluare via.

Aux epicycli duplex

Ratio diuerſitatis orbium.

Liber VII Tracta. I



Aux media epicycli / est punctus a.
 Aux vera / est punctus b.
 Equatio epicycli / est arcus c.
 Argumentum medium / est arcus a d
 Argumentum verum / est arcus b d

De principijs Astronomie

De partibus regionis elementaris: et primo de igne. Cap. XL. Discipulus

Iam credo te omnes Astronomie theozitas mihi impitinis necessarias complexer. Magister. Ita est: sufficiunt enim he pro introductione incipientis. Cum vero has plene intellexeris/altiores latioresq; in libris Ptholemei/Almagesti/rhetoricis Joannis Purbachij/Thabit Alba tegni/Heberi: alijque de his scribentibus inuenies. Nunc ordo exigit vt de celestibus ad partes mundi elementaris descendamus: in quo regio ignis superior occurrit. Ignis namq; in modum orbis celestis sub concauo orbis lune continetur: et ad motum eius circūducitur et rapitur. Ex qua causa etiam caliditas eius augmentatur. Est autem talis ignis substantia pura ex materia et forma sua propria substantiali composita calida et sicca: clara ac subtilis: vt nec visum nostrum ver sus astra respicientem prohibeat.

Ignis

De Aere et eius intersticijs. Capitulum XLI. Magister.

Sicut autem ignis in modum orbis sub celo lune continetur: ita aer sub concauo orbis ignis locatur: qui de sui natura substantia pura est et clara: calida et humida: calida quidem/vt cum igne sub quo locatur concordet: humida vero/vt siccitati ignis resistat: he tamen qualitates in omnibus aeris partibus nō sunt equales. Discipulus. Et vnde hec prouenit diuersitas? Magister. Ex accidenti. Diuiditur em aer (quod ad presentē atinet speculationē) in tria intersticia. Quorū supremū ab igne circūrotatur: et plus solito calefit et incēdit et in illo impressiones ignite (de quib; in naturalibus) generatur. Medium plus frigidum est: quoniam a sphaera ignis re motum: nec radiorum solis reflexorum receptiū: turbidum/atq; spiritū imundorū habitaculū: vt habet Augustin; libro octauo de ciuitate dei c. 22. et libro de agone christiano. et in solutione tertie questionis ad deo gratias presbyterū. in quo propter sui frigiditatem impressiones aquose (vt grandinix etc.) generantur. Sed intersticiū infimum humidum est et calidum: et caliditas eius per accidens augmentatur ex reflectione scilicet radiorum in terra superficie. In illo generantur ros et pruina: et quedam impressiones ignite. Hec autem pro nunc sufficiant de aeris dispositione. In aquam descendamus.

Aer

Intersticiū
aeris supmū
Medium

Augustinus

Infimum

De Dispositione aque Capitulum XLII. Magister.

Qua in primordialī rerum creatione ad modum nebule tenuissime totam terre circumdedit superficiem et vsq; ad superiora progrediebatur. Sed iussu creatoris firmamentum aquas ab aquis diuisit: et que sub firmamēto relicte sunt in locū vnū: scz terre p̄cavitates p̄gregant: vt terre animātia in eiusdē superficie possent habitare. Ex tota itaq; terre et aque substantia vnū corpus sphericū est constitutū. Cuius philosophi duplex centrum: grauitatis scilicet et magnitudinis assignabāt. Magnitudinis quidem terre et aque

Aqua

Secū. f. a

Centrum du-
plex sphericū

Liber VII Tra. I

centrum / apem totius sphaere ex aqua & terra diuidit: & est medium mundi. Centum vero grauitatis extra illud consistit / videlicet in diametro terre: qui necessario maior est q̄ semidiameter sphaere ex aqua & terra compositae: quia si non terra & in nihil sui esset in medio mundi: quo in naturali scientia & astronomia absurdius dici vix poterit. Necessitas autem ponendi centrum di-

**Centrorum
diuersitas.**


uersitatem ex eo sumitur: q̄ terra aquis disco-
operta leuior est q̄ pars terre aquis circūda-
ta. Et terra discooperta madefacta mox rur-
sus exiccatur & leuior fit: ideo centrum graui-
tatis ipsius non idem esse potest cum centro
magnitudinis eiusdem. Sed in diametro ter-
re magis versus circumferentiam & partem
hanc tendit que aquis tegitur. Etque etiam
magis ad hanc partem tanq̄ centro mundi
magis proximam congregantur. Ex illo cō-
cluditur / terram esse in continuo motu locali:
quo partes remotiores centro grauitatis et



**Ps. clij. a
Aque natura**

se alijs equari nituntur. Totius tamen est vna superficies conuexa nec aqua
terre superficiem supergreditur: sed in concauitate eam per medium quasi di-
luit & circūdat: sacra attestante scriptura: Abyssus sicut vestimētum amictus
eius: & rursus: Terminum eius posuisti quem non transgredientur. neq̄ con-
uertentur operire terram. Nec ex naturali sui dispositione humida & frigida /
limpida & clara: sed ex vaporibus varijsq̄ terrestritatibus (sicut & aer) red-
ditur turbida. In ea sunt diuersa animantium genera: his que in terra repe-
riuntur intrabiliora & maiora: vituli scilicet canes: serpentes: pisces & similia.
Diuiditur autem tota (nobis saltem cognita) in maria plurima scz in abyssum
sive mare Indicum: mare mediterraneum: mare arabicum & mare hyrcanum:
in super & pontum &c. que omnia cum vnus eiusdemq̄ sint partes elemen-
ta: diuersis terris / in quarum constitute sunt terminis / alia & alia sortiuntur
nomina: que in cosmographia latius conspici possunt: eius tamen dispositio-
nem infra in descriptione terre non omnino silentio transibimus. Discipulus.
Rotunditatem aque queso manifestius ostendas: videtur enim hec & sen-
sui & ratione multum extranea. Magister. Quibusdam de eius rotunditas-
te dubitantibus tale a doctis obijcitur argumētum. Si in litore maris signū
aliquod ponitur: nauisq̄ in aqua ab eodem instantū elongatur donec oculus
circa malum nauis signum in litore videre non possit: adhuc oculus in summi-
tate eiusdem mali existens videbit: cuius tamen oppositum de necessitate cō-
tingeret si tumor aque non resisteret. Nam linea a summitate mali ad signū
in litore positum protracta longior est q̄ linea a pede mali ad idem signū du-
cta: & ita res (ceteris partibus) per eam minus visibilis est. Facilius tamen ro-
tunditas aque a figura suarum partium sumitur. Aqua nāq̄ corpus eiusdem
nature in se tota & suis partibus reperitur. Partes vero utpote guttule om-
nes ad sphaericitatem tendunt: & sic totū eiusdem figure esse manifeste concludit.
Terram perlostrabimus.

De principiis Astronomie



De figuracione et natura terre. Capitulū XLIII Magister.

Terra vnā cū aqua (vt dictū est) constituēs spherā in superficie cōca-
ua serie cōtinet: et tanq̄ centrū in medio mūdi p̄ssit: frigida est et rare
seca de sui primordiali natura. Ea tū que nobis apparet humidita-
tibus exteriorib⁹ p̄mixta et impura est. Hec magnā cū animalī habet cōueniē-
tiā. Habet em̄ in se lapides et sara magna et parua: quē admodū animal ossa.
Pro viscerib⁹ et intestinis habet cōcauitates et cavernas multas: in quibus ex-
vaporib⁹ ibidē inclusis diuersa generantur metalla/mineralia et flumina: que
sunt vt sanguis in animalī: et q̄dē necessaria: ne sua siccitate redigat̄ in puluere
vbiq̄ igit̄ aq̄s est p̄spersa. In ei⁹ superficie arbores et gramina nascunt̄: sicut in
animalib⁹ vngues/crines ceteraq̄ sup̄fluitates expellūt. Est et in terra (vt alit̄
Infernus quadruplex. In quoz primo est carētia diuine visionis et pena sensi-
bilis: et hic est locus dānatorū: et est corporalis: similr ignis in eo indeficiēs. Su-
per hūc alius infernus est: in quo et si sit carētia diuine visionis et gratie: non
tū est ibi pena sensibilis. et est locus puerorū sine baptismatis lauacro decedē-
tiū. Sup̄ hūc itē tertius est: quē purgatorū dicūt: in quo est pena sensibilis: sed
nō carētia gr̄e dei. Sup̄ quē quartus infern⁹ est: in q̄ q̄dē carētia est diuine visio-
nis: sed non gr̄e: nec est ibi pena sensibilis. Et in isto suere sancti patres ante
christi passionē. Sunt tamen qui hec quatuor penarū loca aliter distinguūt.

Terre com-
paratio ad
animal

Infernus
quadruplex

Liber VII Trac. I

Augustinus Augustinus autē li. 20. c. 16. de ciuitate dei sic ait: Ignis eternus cuiusmodi est in qua mundi: vel rerū parte futurus sit/hominē scire arbitror neminē: nisi forte cui diuinus reuelauerit spūs. Nec itaq; theologie relinquētes/vnde digressi sumus reuertamur. **Disce.** Quō terra vt dicis in medio mūdi pōt consistere/nec cadit: cū ipsam nullū aliud elementorū ppter sui grauitatē possit sustinere? **Magister.** Terrā in medio mundi subsistere equinoctia manifestant.

Terra mediū mundi.

Possibilitas autē ex eo patet: q; in medio eius punctus est: qui centrū terre dicitur: ad quē oīa graua naturaliter tendūt 2 mouent: sursum vero cōtra naturā 2 violenter deferunt: vt facile potes cernere in lapide sursum proiecto. Ob id oēs partes terre circulariter ad centrū eius tendūt: 2 ab eo nō nisi per violentiā recedūt: a quacūq; em parte celi mouerent/semper tenderent ad centrū. Unde si terra totaliter esset pforata: lapis in foramē hoc proiectus/terrā nō totam transiret: sed in medio circa centrū quiesceret: si em ultra centrum moueret: sursum tenderet. Et rursus nisi terra in medio cōsisteret: stelle eidē quandoq; propinquiores essent: 2 sic maiores apparerent: qd est cōtra omnē sapientū experientia. Ipsa igitur sup centro suo in medio mūdi immobiliter consistit. **Disce.** Quō David spiritu prophético cognoscens exclamauit. Qui fundasti terrā super stabilitatem suā/non inclinabit in seculum seculi. Eadem rōne intelligit id quo dicitur super nihilum fundata. **Disce.** Si dicta tua dauidicis canticis pbare volueris: repugnantia vt videt reperies. Nam alibi dicitur de orbe terre. Super maria fundauit eum 2 super flumina preparauit eum.

Ps. xliij. a

Magister. Hoc nō quo ad totam terre molē accipiendū/ sed quo ad quāsdā partes intelligendū est. Multi em montes marib; ac fluminibus reperiunt eminetiores: aut sicut villas ac ciuitates dicimus sup rhenū/ Danubiū aliudue flumen constitutas: nō q; in flumine/ sed circa flumen sint locate. Omnes nāq; (vt supra dixim;) aque in terminis terre sunt incluse: eodē testate **Psalmista:** Congregās sicut in vtre aquas maris: ponēs in thesauris abyssos 2c.

Ps. xxxij. b

De terre rotunditate. Ca. XLIII Disce.

Probat terra rotunda physice.

Quō terre rotunditatē accipere possumus: cum innumeri montes conuallesq; in ipsa reperiant? **Magi.** Terre rotunditatē varie pbare possumus. Primo quidē physice sic. Omne pductiuū rotundum est rotundū: cū generatio naturalis assimilet effectum causę quantum potest: omnia autē terrenascentis ad rotunditatē tendunt: pfecte autē rotunda nō sunt: quia nō a sola terra/ sed alijs causis sūt. Secūdo mathematice. Omne corpus vna superficie contentū est rotundū: terra est hmoi: igitur terra est rotunda: minor huius syllogismi astronomice inuestigari poterit 2 pbari. Tercio rotunditas terre satis clare ex stellarum situ patet. Vobis nāq; stelle vise circa polum arcticū existētes semper apparēt: he vero que circa polum australem sunt/ a nobis nunq; vident: nisi versus austrū pgrederemur: intantū vt medietatē attingamus. Similr existētib; in oriēte sol citius occidit 2 oritur q; existētib; in occasu: qd eclipsibus deprehensum est. Vna em 2 eadē eclipsis numero que nobis in prima noctis hora apparuit: oriētalibus in tertia hora noctis visa est. Sic terre rotunditas a septentrione in austrum/ et rursus ab ortu in occasum probat. Quod vero de montibus 2 cōuallibus obijcis/ facillime ppulsabit: si terre magnitudinē animaduertas. Habent em se mōtes magni et valles pfunde ad terrā totā/ quādamodū rime pue in globo magno.

Mathe- matice

Ex stellarum situ.

De principijs Astronomie

Nullus enim mons ad perpendiculariū altior est stadijs quindecim. Et mare in nullo loco profundius est a stadijs. 30. Cuius certissimū argumentum sumit in eclipsi lunari: nisi enim sphaera ex aqua et terra aggregata tota esset rotunda / umbra eius nequaquam lunā ad partes arcuales obfuscaret: sed iuxta terre confu-
Surationē et montium gibbositates vallibus decliuitates cerneret. Discipulus
Experimentalis huic argumentationi non possum non assentire: videris autem de
terre quantitate contraria dicere. In superioribus nempe terrā quasi punctum
esse in medio mundi: hic ob miram ipsius molē montes maximos non reputari
affirmas. Magi. Terrā respectu totius mundi aut firmamenti ut punctum
reputanda: ad montes autem et valles comparatā / spaciosam et amplā existiman-
dā dixit: non in se consideratā / paruam et magnā astruxit. Disci. Potest ne
quantitas terre humano ingenio inuestigari? Magister. Etiam. Discipulus. **Terre quantitas inuestigatio humano ingenio.**
Quō? Magi. Sumpto astrolabio aut quadrante / per ambo foramina stelle
alicuius tibi note altitudinē per perpendiculariū in limbo considera: et ad quāvis
mundi plagā perge: donec eadem stella vno gradu altior aut depressior videa-
tur: habebis itaque quantū spacij in superficie terre vni gradui in celo correspon-
deat: quod in miliaria siue stadia partitū et in gradus celi qui sunt. 360. multi-
plicatū terre ambitū dabit. Unde cum iuxta Ptolemei traditionē in cosmo-
graphia / gradui vni in celo in superficie terre respondeat stadia. 500. man-
festum est: quia totus terre ambitus habet stadia. 18000. hec faciunt milia-
ria Italica. 21600. vni miliarium in diuisione stadijs octo cedentibus cum vna ter-
tia: quod si miliaria gradibus celi diuiseris / gradui vni miliaria sexaginta pro-
ueniēt. Nec rursus per quatuor diuisa: sunt miliaria Alemanica quindecim:
que in superficie terre gradui vni in celo correspondere comprehensa sunt. **Qua- Ambit⁹ terre**
re ambit⁹ terre habet miliaria Alemanica. 5400. Diameter. 1718. et vni⁹
miliaria: semidiameter miliaria. 858. et duas partes: quarū viginti due vni
militare possunt. Si miliarium Italico siue Romano octo stadia tū deputabi-
mus: erit ambitus terre. 22500. miliarium Romanorum: que faciūt. 5625. Alemanic-
ca: sicque vni gradui respondebūt miliaria Alemanica quindecim semis et
vna octaua. Si autē ut in quibusdā codicibus reperit gradui vno. 700. sta-
dia responderēt: esset ambitus terre stadiorum ducentorum quinquaginta duos-
rum milium: quod voluit Eratosthenes: et diameter stadiorum octoginta milium
et centum octoginta vnius et semissis et tertie vnius stadiorum.


De partibus terre habitabilibus iuxta di-
uisionē eius in zonas quāque. Et si sub æquinoctiali
sit cōueniēs habitatio. Et paradysus qualis
aut in qua parte terre sit. Ca. XLV Disci.

Hæc latitudine terre prescripta multitudinem inhabitantium innume-
rabile cōtecto: quādoquidē qui in vno regno sunt / vix numerari aut
numerari distinetē cōcipi possunt. Magi. Attende spacium quod
mari et fluminibus illius: quod paludibus / nemoribus et inuis montibus occupat:
quod aut bestiarum inmanitate non habitatur: solis nimia vel vicinitate eru-
ritur: vel distātia appetuis algobus stringit: et maxima pars multitudinis
r liij

Liber VII Trac. I

Terre diuisio
Zona torrida
frigida

per te imagine auferetur. Si cum tota terra in quinque partes / quas zonas
vocat partiat / due tñ ex his habitabiles perhibent. *Dis. Que? Magi.*
Una que a tropico cancri versus septentrionē vsq; ad circulum arcticum pro
tenditur: altera que a tropico capricorni versus meridiem vsq; ad circulum
antarcticū porrigitur. Quod autem inter tropicos sub equinoctiali terre est
torridam zonam vocant: ob vicinitatē solis nimio calore non habitabilem.
Quod autem inter circulos arcticum et antarcticū comprehendit / zonas fr
gidas nominant: nimio frigore non habitabiles. non quia nullius hominis
in his terre partibus habitatio esse possit: sed si qua est / admodum praua est
ob caloris modicitatē: quo tā humanū genus precipue indiget. *Dis. Opti*



De principijs Astronomie

ma igitur in zona torrida habitatio est ubi calor abundat. Mag. Non calor
ris abundantia / sed temperantia hoim habitatione laudabilem reddit: que
sub equinoctiali esse hoc medio arguuntur. Nam cu ibi semper tant? sit di-
es quanta est nox: et e conuerfo: noctis frigiditas mitigat. Unde et paradifum terrestrẽ
rem diei noctis succedentis frigiditas mitigat. Unde et paradifum terrestrẽ
ad orientẽ plantatã scriptura comemorat. Dicens aut verus ab equinoctia:
li computat. Paradifum aut non modo esse hoim habitatione conuenientẽ/
sed locũ ameniffimũ Magister sen. li. 2. di. 17. testat. et diuus Augustinus li.
23. de ciu. del. ca. 21. idem affirmat. Dis. Habitatione esse hoibus conueni-
entẽ sub equinoctiali dierum et noctiu equalitas satis pbabiliter arguit. Pa-
radifus aut amicitas et omnimoda aeris tranquillitas ex eo potius esse puir-
citur: qz supra regione aeris turbulentam ad globum lune vsq porrigitur.
Mag. Si lune globum contingit: non in aere / sed in sphaera ignis accolarum
paradifus est habitatio. et rursus: si paradifus tantũ a terra surgit vt lunarẽ
circulum cõtingat / notabiliter spheram excedit terre figurã. vnde in umbra
terre et lunari eclipsi eius vestigiũ notari posset. quod nondum comprobatũ
est Magis itaqz visum est Huilhelmo Parisiensi. lib. de vniuerso: qd paradifus
terrestris in terre superficie aliqua sita sit. et Dam. lib. ij. dicit: qd para-
difus sit locus in oriete positus omni terra altior. quantũ vero abfit ab agro
Damafceno vnde primus homo formatus et in paradifum translatus fuit: aut
demum quot longitudinis latitudinis sue gradus in descriptione orbis con-
tingat: et per quos anfractus et subterraneos meatus quatuor inde pfluant
precipua flumina: Ganges scilicet Tigris Eufrates et Nilus / multũ exerce-
re solet eos qui cosmographiam sacris literis coaptant. Dis. Fortasse sicut
deus aditũ eius romphea ignea et angelica custodia mortalibus prohibuit:
ita et localem situm incognitũ esse voluit. Regis tũ in histoua de Machario
romano: quõ in eremo ad distantia viginti miliarũ tũ a paradiso habitauit
ad orientẽ: quẽ tres monachi longa peregrinatione diuino nutu reppererũt:
ex quorum dietis ibidem descriptis aucupari pmodum posset locus para-
difi. Magister. Ceteris hac supputatione dimiffa maior nobis cura sit ita
viuere / vt illuc angelico conductu tandem perducere mereamur: vel potius illo
transcensu ad celestem perueniamus.

**De distinctione climatũ. Et his que accidunt
habitãtibz in quinqz primis climatibus qn-
tum ad estates et hyemes et umbrarũ variati-
ones. Capitulum. XLVI. Dis. ci.**

Quid per clima terre in superiozibus argumentationibus designa-
re volebas? Mag. Terre partes sin latitudinẽ ab austro septẽ-
trionem versus per sensibilem dierum maximõũ variatione diffe-
rentes. Nam primi climatis initũ statuerunt cosmographi / vbi dies maxi-
mus est horarum duodecim et semis et quarte vnus: et elenatio poli arcti-
ci supra horizontem graduũ similiter duodecim et semis et quarte vni. De-
diũ vero vbi dies maximus est horarũ. 13. et elenatio poli graduũ sedecim
et noiant hoc dyameroes: qz parallelus ipsum designans per meroen ducit.
Ibi qualũ gnomõ. 60. talũ equinoctialis umbra. 7. 2. 4. estina. 7. 2. 4. biber

Sub equinoctiali
est habitatio terre con-
ueniens.

Petrus Lombardus.
Augustinus

Paradisi locus
Sutthel. Parisien.
Damafcenus
Genesis. 2.

Genesis. 3.

Historia Macharij

Clima primũ
Dyameroes

Liber VII Tracta. I

na. 51. Finitis huius climatis est vbi dies maximus horarū tredecim et quarte vnus et eleuatio poli graduum. 20. et semis. Habitantes in hoc climate in temporum et umbrarum variatione cum habitatoribus equinoctialis non nihil participant. Hi namq; duo habent solsticia alta: cum sol arctem vel libram subintrat. Sic habent estates duas: vnam circa festum Georgij: alteram circa Lamperti. Habent et duo solsticia ima/sole initia cancri et capricorni lustrante: quibus temporibus etiam duas habent hyemes: sed haud dubium nostra etate calidiores/ propter solis vicinitatē. In estate umbra eorū mane facitur ad occidentem: vespere ad orientem: in meridie vero nulla est sole super capita eorum currente. Cum autem sol in cancro est/ umbra eorum versus austrum iacitur: in capricorno ad septentrionem protenditur. Idem suo modo contingit habitatoribus dicti climatis/ cum sol circulum parallelū inter equinoctialem et tropicum cancri per zenith ipsorum describit. In fine illius climatis secundum initium sumit. Medium vero habet vbi dies maximus est horarum. 13. et dimidie: et eleuatio poli graduum. 24. et quarte vni⁹. Ibi qualium gnomo. 60. talium equinoctialis umbra. 27. hyberna. 65. $\frac{2}{3}$. estiuā nulla. Finitis autem vbi dies horarum tredecim. et semis et quarte vnus: et eleuatio poli graduum. 27. et semis. Hoc dyassenes vocat: quia parallelus ipsius per stenen protenditur: sicut et tropicus cancri. Hi estatē et hyemem nobiscum habent: sed calidiores: omni tempore umbra eorū sicut et nostra ad septentrionem iacitur. preterq; eo die quo sol tropicum cancri describit: tunc enim in meridie umbra eorum nulla est. In ortu solis umbra ad occasum vergit: occidente sole umbra in orientem proiecitur. In fine huius climatis tertium exoritur. ad medium peruenit vbi dies horarum. 14. et eleuatio poli graduum. 30. semis et quarte vnus. Ibi gnomo qualium. 60. umbra estiuā. 6 $\frac{1}{2}$. et equinoctialis 35 $\frac{1}{2}$. sed hyberna. 83 $\frac{1}{2}$. Finitur autem vbi dies est horarum. 14. et quarte vnus: et polus eleuatur gradibus. 33. et duabus tertijs. Nominatur autem Alexandrios/ ab Alexandria ciuitate Egypti per quam parallelus climatis istius describitur. habitatores in illa tempora et umbras nobiscum habent. nunq; sol ad zenith capitis eorum pertingit: minus his qui hierosolimam incolunt. Fabula est ergo/ quod a nonnullis dicitur in terra sancta aliquando solem perpendicularares radios in cauatā rupem dimittere. In fine tertij climatis quartum initiatur. Et medium habet vbi dies est horarum. 14. et semis: et polus eleuatur gradibus. 36. et duabus quintis. Ibi qualium gnomo. 60. talium umbra estiuā. 12 $\frac{1}{2}$. equinoctialis. 43 $\frac{1}{2}$. hyemalis. 103. Finitur autem vbi dies est horarum. 14. semis et quarte vnus. Et polus attollitur gradibus. 39. Nomen illi dyarhodes. quia per Rhodum insulam parallelus illius ducitur. In fine quarti principium quinti est. Medium vero vbi dies horarum. 15. et altitudo poli graduum. 14. et tertie vnus. Ibi qualium gnomo. 60. umbra estiuā. 18 equinoctialis. 52. hyberna. 127 $\frac{1}{2}$. Terminatur autem vbi dies maior est horarum quindiescim et quarte vnus. et polus sustollitur gradibus. 43. et semis. nomen illi dyaromes: quia parallelus ipsius Romam ciuitatem summi sacerdotis sedem metitur.

Clima secundum:

Clima tertium.

Alexandrios

Clima quartum.

**Dyarhodes
Clima quinta**

Dyaromes

Aliorum climatum distinctio. Insuper qua

De principijs Astronomie

liter dies continue augmentetur habitanti-
bus versum polum arcticum donec sub ipso
polo vnus dies anni medietatem habere con-
vincitur. **Capitulum XLVII. Magister.**

Sextum clima exoritur vbi quintum finitur. ad medium autem per-
uenit vbi dies horarum quindecim et semis: et altitudo poli gradu-
um. 45. et duarum quintarum. ibi qualium gnomo. 60. talium um-
bra estiva. 25. $\frac{1}{4}$. equinoctialis. 60. sed hiberna. 155. $\frac{1}{2}$. Terminatur autem
vbi dies est horarum. 15. et semis et vnus quarte. et polus extollitur gradu-
bus. 47. et quarta vnus. Nomen illi dyabozisthenes. eo qd parallelus ipsius
Bozisthenem seu Boziscum insignem Scythie annem contingat: aut potius
insulam huius nominis parua in ponto. trāsit enim parallelus iste per ma-
re ponticum: vnde nominari posset. Et ibi talium gnomo. 60. qualium estiva
umbra. 25. equinoctialis vero. 8 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. et hiberna. 171. . Septimum
clima exoritur in fine sexti: et ad medium peruenit vbi dies maximus est ho-
rarum. 16. et eleuatio poli. 48. graduum et duarum tertiarum. Et illud dyart-
pbeos nominant. quia parallelus Rhipheos montes contingat. Exquisitius
tamen intuentes orbis partitionem: clima sextum a ponto: septimum a Boz-
isthene nominant: et Rhipheos montes octauo climate deputant. ibi qualium
gnomo. 60: estiva. 27. equinoctialis. 63. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. hymalis. 188. $\frac{1}{12}$. Finē huius
climati antiquiores non statuerunt: nec residuum terram verius septentrio-
nem in climata alia diuiserunt. Discipulus. Posset ne vltra partiri? Ma-
gister. Etia Latitudo tñ semp magis magisque decresceret. Ad modicam q̄p-
pe distantiam versus polum dies sensibiliber augetur. Quanto enim polus
mundi amplius attollitur / tanto zodiacus horizonta obliqui⁹ intersecat: ma-
ioresq; arcus dierum supra hemispherium nostrum relinquuntur / q̄ sit arcus
noctium sub hemispherio dimissit: sole signa septentrionalia percurrēte. Con-
trarium autem euenire solet / sole in opposita medietate vagante. Unde habi-
tantes sub parallelo transeunte per gradum. 52. ab equinoctiali / diem habēt
maiozem horarum sedecim. et semis. et ibi qualium gnomo. 60. talium um-
bra estiva. 33. $\frac{1}{4}$ umbra eq̄noctialis. 79. umbra hiberna. 253. Sub pa-
rallelo aut transeunte per gradū. 54. dies horarū est. 17. et semis. Sub paral-
lelo ducto p gradū. 56. dies est horarū. 17. et semis. Sub parallelo ducto p
gradum. 58. dies maior habet horas decem et octo. Sub parallelo autem cō-
tingente gradum. 61. dies est horarum. 19. Sub parallelo vero ducto per thi-
len insulam et gradum. 632. dies est horarum. 20. Sub parallelo ducto per
gradum sexagesimumquartum. dies est horarū: viginti vnus. Et nondū
completo gradu sexagesimoquinto. dies efficitur horarum vngintiduarum.
In gradu sexagesimo sexto dies est horarum vngintitrium. Sub arctico au-
tem circulo dies vna cum sol a fine geminosum initium cancri aggreditur /
est horarum vngintiquatuor. et in opposita parte zodiaci dum sol fuerit / nox
est eiusdem quantitatis: tunc enim tropicus horizontem vbiq; sine interse-
ctione contingit: et quasi circulariter supra horizontem sol vertitur: in parte

Clima sextū.

Dyabozisthe-
nes

Clima septi-
mum
Dyartpbeos.

Dierū diuersi-
tas.

Liber VII Tra. I

vertitur: in parte opposita totus sub horizonte circūrotat. In parallelo autē transeunte gradū. 68. vnus mēsis est dies: cū sol a medio geminorū ad cancri mediū mouet: et vnus mēsis est nox dū sol in oppositis signis morat. In parallelo vero qui gradū. 70. attingit duorū mensū dies est / sole currēte a principio geminorū vsq; ad finem cancri: et nox duorū mensū erit sole opposita signa lustrante. In parallelo qui gradū. 72. transit / dies vna erit triū mensū sole a medio tauri ad mediū leonis vagāte: nox tanta erit sole existēte in parte opposita. Crescent dies paulatim donec ad poliū puenias: sub ipso quippe medietas spherē mūdi supra horizonte relinquit: altera igit occulta: et equinoctialis cū horizonte concordat. Cū igit sol est in medietate supra horizontem cōtinuus dies est dimidij anni: cū autē in medietate mouet / que sub horizonte relinquit / nox cōtinua est anni dimidij. Verūtamen cū ibi sol ultra signū vnū sub horizonte nunq; demergit / radijs suis supra semp aliquāter illustrat: et sic quasi semp dies ibi est: nisi quantū aeris grossities et nebulositas interturbat. Hanc vmbiarū variationē sub dictis parallelis tu facillime coniectabis: et que dicta sunt oculis in spherici co:pois reuolutioe videbis: respice. Discipulus. Plane videbo.

Climatum latitudo et longitudo describitur et Antipodes esse in oriente illis qui occidentem inhabitant probatur. Capitulum

XLVIII Magister.

Climatum latitudo

Nunc si libet summam climatum latitudinem ex graduum ratione subiungā. Discipulus. Libet maxime. Magister. Primi climatis latitudo ab austro versus septentrionem est miliarū. 465. Secundi. 420. Tertij. 370. Quarti. 320. Quinti. 270. Sexti. 225. Septimi. 185. Et terminatū accipimus. Sunt autē hec miliaria itala: sicut premissum est vbi de terre magnitudine differuimus: si gradū vni iuxta Ptolemei descriptionem stadia. 500. deputamus: nam aliud fiet si gradū vni. 700. stadia assignentur: nec tū is numerus eueniet quem in plerisq; codicibus inuenies: nec

Climatum longitudo

mirū: cum in supputatione numerosū errorem facillime scriptores cōmittere possint. Discipulus. Longitudo autem climatū num et ipsa per gradū rationē inuestigari possit? Magister. Possit plane: verūtamen nō vniformiter in omnibus parallelis climatū gradū vni equa miliarū quātitas deputatur: nam et gradus in parallelis magis septentrionalibus paulatim minores sunt: cum etiā omnes circuli longitudinis minores sint equinoctiali qui solus terram medio cingit. Unde in equinoctiali gradus longitudinis valet miliaria sexaginta sicut et de gradibus latitudinis dictum est. In primo autem climate gradus longitudinis valet miliaria quinquaginta octo. In secundo climate quinquaginta sex. In tertio quinquaginta tria. In quarto quadraginta nouem. In quinto. 56. In sexto. 44. In septimo. 41. In parallelo autem pibiles ducto gradus vnus miliaria continet viginti octo et semis. Attendendum insuper est: quia vltra descriptionem Ptolemei terra tam ad orientem q; ad austrum amplius protenditur. Unde qui in extrema orientali plaga degunt pedes aduersos habent his qui in vltima occidentis regione viuunt: talesq; Antipodes dici possunt. Hos tamen diuus Augustinus ne

Antipodes Augustinus

De principijs Astronomie

gat libro. xvj. de ciul. dei. ca. ix. quia fortasse nondum tanta longitudo habita-
bilis in omnium noticiam venerat. Ad austrum vero non tantum porrigitur ter-
ra habitabilis (saltem cognita) que Antipodes habere possent illos: qui ma-
gis septentrionales sunt. Omnia hec aperta demonstratione videri possunt
in sphaera solida. Hos interim alia percurramus.

De diuisione terre habitabilis in Europam: Asiam et Aphricam. Cap. xlix. Disci.

Mepigeat queso ad maiorem dictorum intelligentiam terre habitabi-
lis marisque configurationem in plano describere. **Ma.** Pars ter-
rene molis: que ad vni imperium aqua congregatis in locum vni ap-
paruit arida/a cosinographis preter diuisiones in zonas et climata supra me-
morata trifariam partit: in Europam scz/Aphricam et Asiam. quas partes
aqua circūfluens et interlabens generali nomine mare appellat. Ab oris au-
tem et terre puinchijs alijsue causa diuersa nomina accipit: et sinus ipsius di-
uersa maria dicunt. vt diuus Ambrosius testat lib. iij. hexame. ca. iij. Euro-
pam ab Aphrica diuidit mare mediterraneum: quod ab occidentali oceano cir-
ca Sades insulam et colūnas herculeas non amplius decem milibus passuum
patens/terras aperit atq; intrat. ait Pompeius Mella. Aphricā ab Asia
distinguit Nilus: qui a meridie in Aethyopiam diffundit: et Aegyptum per-
labens atq; mirabili fecunditate irrigans oris non minus septem mari infun-
ditur. Asia ab Europa diuidit Tanais fluitus: a septentrione in mediā fere
paludem Meotidem defluens/cum ponto reliquū Asia ab Europa separat
Patent hec in hic affira mappule mundi descriptione. **Di.** Per Lucide. Sed
quid interpositis nominibus alijs designare pretendis? **Ma.** Principales
vniuscuiusque terre regiones seu puinchijs. **Di.** Commodissima ad historiarum
intellectum sanctorum harum videtur esse cognitio. **Ma.** Has enumerando ma-
gis q̄ describendo percurrere libet breuitatis gratia. Nomina quoque et regi-
onum limites non intendo hic climata et finem precisionem discutere: nam in tali-
bus inuenies etiam claros Geographos digladiari. **Discipulus.** At pri-
mum describas Europam: in qua nos constitutos iam dudum relatione mul-
torum didici.

Genesis. i.

Mare.

Ambrosius
Partium ter-
re discreto
Pomponius
Mella

Satrape Europe nominatim enumerantur Capitulum L Magister.

Europa ab occidente clauditur mari atlantico: a septentrione oceano
britannico: ab oriente tanais meotide palude et ponto: a meridie ma-
ri mediterraneo. In ea sunt regiones et populi plurimi ob aeris tem-
periem. Ab occasu versus ortum puincte magis nominate sunt Hispania/ q̄
Hiberia et Hisperia nonnunquam nominatur. Cuius partes sunt Betica siue re-
gnum Granate: quod nostro euo rex Hispanie Ferdinandus Saracenis decē-
nali obsidione et bello abstulit: christianitatiq; adiecit. Lusitania seu Por-
tugalia. Tarraconensis seu Catilonia. hec partes principales Hispanie: in
qua et alia regna sunt: inter que regnum Gallie longe lateq; vulgatur: pro-
pter vniuersalem peregrinationem ad sanctum apostolum Iacobum compo-
stellanum. Regnum insuper castelle et legionis astronomis memorabile red-
didit Alfonso rex prudentissimus: qui tabulas motuum corporum celestium

Europa

Hispania

Portugalia

Catilonia

Gallia.

Castella

Alfonso

Liber VII Tracta. I

intro ingenio compilauit. De iuri suo quod ex electione habuit ad imperiū/
 intuitu pacis voluntarie cessit. Hispaniam sequit Gallia medio monte Pyr-
Gallia reneo. Partes Gallie sunt Aquitania Lugdunensis Harbonensis seu Del-
 phinatus/sue puincia: et Belgica fere ad Rheni fluuenta vsq; protensa. Par-
 tiales prouincias Gallie si distinguere voluerimus/occurrunt ecce Francia
 Normandia Britannia Turonia Picardia/Flandria Brabantia Helria/
Germania Molandia Seelãdia Burgūdia Lothringia Rucelburgia: Heluetia siue Al-
 satia: que tamen germanie potius est coniungenda. Galliam autem sequitur
 Germania magna ad Sarmatiam vsq; extēsa inter Rhenum fluiuum ab oce-
 cidente/mare a septentrione/et Danubiū a parte meridionali. Partiales res-
 giones Germanie sunt Franconia siue Francia orientalis. Quēstualia Frisia
 Saxonia Thuringia Hassia Marchia Brandenburgen. Missa Slesia Bo-
 hemia Moravia Limbrica Chersonesus: que nūc Dacia/vulgo Denmark
Retica ad septentrio. em. Nam alia est Dacia: quam Sualachia nunc nominant: de
 qua paulo infra. Post Limbricam Chersonesus Norwegia Suetia in ma-
 ri. Inter Danubiū et alpes reticas/primā Reticam ponunt/que et Sueuia:
 Quis vltra Danubiū protensa sit. Post hanc Sindelicia seu Bavaria. cuius
 similiter pars non modica vltra Danubium extenditur. Rortica cui nonnulli
 Scythiam et Carinthiam ascribunt. Pannonia superior nunc Austria: Pan-
Italia nonie inferior: que et Angaria a mari hadriatico Histria Illyris Liburnia:
 quam ducunt Croatiam. Dalmatia que et Slauionia. Italia est ab alpiibus
 ad mare mediterraneū. In ea regiones non pauce: Lombardia Tuscia Etru-
 ria Campania Marchia Apucia Calabria Apulea. et sic de alijs. Angaria
 am sequitur Mistra: aut verius Messa superior: que Seruia siue Bosdana/et
 partim Bosna dicitur. Messa inferior: que continet Bosineses et Auallacos
Grecia Bassos et nunc Bulgaria: Dacia que et Sualachia. Thracia in qua Constan-
 tinopelis quondam ciuitas imperialis grece. Chersonesus Epyrus seu Ro-
Augustinus mania Pedania Molossa Thaconia. Peloponessus seu Doreas Achaia. ibi
 Corinthus. Arcadia: ipsa est Siciona a Sicione rege: a quo regnum Sicio-
 norum: quod inter quatuor computatur ab Augustino lib. de ciui. dei. Mace-
 donia Thessalonica Ellados seu Attica/vbi Athenis. Boetia vbi Thebe
 ciuitates nominatissime. Grecia ecce q̄ lata: hodie heu heu a spurcissimo ini-
Sarmatia mico crucis Chisti turco ferme tota deuasta. A Germania vsq; ad Scythi-
 am Sarmatia est regio latissima: cuius partes vt aiunt/Polonia Massonia
 Prussia. Lithuania. Samethia: Lituonia. Russia etc. Scythia et que nomina-
 te sunt Sarmatie regiones/Barbaria dicebatur a feritate gentium. Dimis-
 sa particulari harum descriptione ad Alie prouincias transeundum est.

Alie regiones nominatim ponuntur. Ca- pitulum. LI. Discipulus.

N Sie regiones que sunt? Mag. Enumerando Alie prouincias nō
 omnes/sed magis apud nostros nominatas: ipsam ob latitudinē in-
 duas partes diuisam intelligamus: septentrionalem scz et meridio-
 nalem. Primo septentrionalem/vehinc meri. tonalem describamus. Dis-
 cypus: ne occidius sol lucem ante complementū auferat. Magister. Ter

De principijs Astronomie

Asia orbis pars quibus Asia appelletur generali nomine. pars tamen eius minor Asia nominatur. habens multas provincias et regiones multas precipuis ecclesijs ornatas: quibus quondam preerat sanctus Johannes euangelista. nunc autem nostris exigentibus demeritis / ab inimicis crucis Christi dirutas ac sedatas cognouimus. Hic ob spacijs angustiam pro nominibus regionum literas posui: Ibi est pontus. hic est et Bitynia litera. f signata. Galatia g. Paphlagonia / Pissidia. h. Cappadocia. i. Caria. a. Licia b. Paphlagonia. c. Lidia. d. Circa hanc in mari est insula Meleta in actibus apostolorum / Mitilene nominata (quibus erronee) in qua mira operatus est Paulus apostolus. Phrygia provincia Asiae minoris signatur per e. Circa hac inuenies Insulam Tenedos. Cilicia. Armenia minor. Armenia maior. Colchis: unde Jason medee magia instructus aureum vellus abstulisse fabulatur: quia torrentes illius aurum deferunt: quod lanosis pellibus accole excipiunt. Caucasus mons a Paphlagonia exoritur: et ad Indos usque protendit. A Canal amne Scythia seu Sarmatia asiatica longo tractu versus orientem progreditur. Altera extra Imaum montem / altera intra Imaum continetur. Mare quod ibidem conspicis / Caspium / Hyrcanum et Scythium ab omnibus nominari solet: et a septentrionali oceano latenter quasi fluuius intrat. In hoc insula est Targessine cultu semper fertilis. Regiones hic multe sunt: videlicet Bithonia / Iberia / Albantia / Bactria / Margiana / Aria / Sogdiana / Saccharum regio. Serica: in qua ut aiunt fericum arboribus in modum lanuginis adheret. Mens illa plena scribitur iusticie et commercij. Alterius medietatis Asiae regiones sunt a mari rubro. Arabia triplex: videlicet Arabia deserta: Arabia petrea (ubi metropolis Petra. De qua Esaias. Emitte agnum domine dominatori terre de petra deserti ad montem filie sion) et Arabia felix. vbi thus venit: et ob id thurifera dicitur. Syria similiter triplex est: Palestina / Phoenicia et Syria curua. Omnem autem terram a Damasco usque Hazam terram Chanaan et terram promissionis sacre historie vocitant (in qua provincie singulares sunt Damascena. Galilea. Samaria. Iudaea. Palestina et Iudaea) Mesopotamia. Chaldea. ubi Babilonis: Assyria: Sussiana: Media: Persidia: Parthia: Carmania deserta. Carmania altera. Drangiana: Sedrossa. Arabosia: Paraponisus: India intra Gangem: India extra Gangem: Sinarum regio. et in pelago Indico Labrobana insignis insula regiones site. vltra meridianum vltimum a Ptholemeo descriptum ferme ad. 40. gradus. Similiter et particularem earum que nominatim commemoratae sunt descriptionem quantum ad situm / fertilitatem / continentiam / accolarum proprietates et mores ex Plinio / Strabone Ptholemeo perquirere poteris. De Africa autem quid fiet? Nunquid inclusam eam et silentio transibis.

Declaratio
mappule Asiae
minoris.

Esaias. 16. 8.

Aphrice regiones enumerantur. Capitulum. LII. Magister

Aphrica ab occidente mari atlantico / a meridie oceano Ethiopico / a septentrione mari mediterraneo / et ab oriente Nilo finit. eidem tamen que vltra Nilum sunt ad mare rubrum regiones hic addite sunt.

Liber VII Trac. I

**Regiones
Aphrice**

Ab occasu montem habet Atlantem: quem ob altitudinem celum sustentare dixerunt. Regio prima Mauritaniam tingitanam, secunda Mauritaniam cesariensis, tertia Lybia interior, quarta est Humidia: quam et Mappaliam nonnulli dixerunt, quinta Aphrica minor: in qua illa magna Charrago stadiorum 360. olim romani imperij pertinax emula, sexta est Lyreneica: quam et Pentapolim vocant a numero ciuitatum: quarum Lyrene una est / regioni nomen accomodans, septima Marmarica est, octaua Libya, quo nomine etiam tota Aphrica appellatur, nona Aethyopia interior, decima Aegyptus interior: in qua olim filij Israhel sub Pharaone post duram seruitutem mirabilia viderunt: que dominus operabatur per Moysen in campo Thaneos. Est autem Thapis ciuitas Aegypti insignis: tunc regali presidentia decorata. In Aegypto sunt Alexandria, Damiatra: et Soldani sedes amplissima ciuitas Chayrus, quam et Alkyr nominant. Supra hanc Aegyptum alia Aegyptus est / Thebais scilicet monachorum et Anachoritarum olim celibum conuersatione decora. In hac Thebais ciuitas quam centum portas totidemque aulas et principes habuisse astrunt: e quibus sanctus Mauricius cum gloriosa legione ventisse traditur. Supra hanc Aethyopia est mediterranea / vbi gentes multe ac mirabiles. Troglodite / que vescuntur serpentibus: strident magis quam loquantur. Haramates, quarum vixores communes sunt. Augiles Blemmes siue Blemmij capitibus carent: vultus habent in pectore, Satyrus quale sanctus Anthonius vidit: vt legenda edocet. Atlantes, Setuli, et alie multe: quarum descriptiones prememorati cosmographi prosequuntur. Insulas perpaucas in descriptione hac inuenies: quarum nomina Hades: que et Betice adiacet, Corsica, Sardinia et Sicilia circa Italiam, Corcyra in Adriatico mari, Euboea: que et Hicropont Boetie opposita est, Creta siue Candia, Rhodus et Cyprus. In septentrionali pelago sunt Hibernia, Anglia: que Albion et olim Britannia dicta est: cuius pars Scottia, Thile, Islandia in vltimo mari, Dichades, 30. numero, et Scadia memorabiles. Hec circa terre infime partis elementalis mundi descriptionem commonuisse magis quam tractasse me cognoueris: sine aliquando perutilem cosmographie scientiam abhorrescas: sine qua nec gentium / nec sacrarum literarum historias plene intelliges. Discipulus. Introductione ista edoctus cum vacauerit aliorum scripta diligentius lustrabo: interim que supersunt de Astronomia prosequamur. Magister. Singulas et celestis et elementalis regionis partes / sicut totius mundi habitudines ea qua potuimus breuitate descripsimus nec relictum videtur quod necessario explicandum exposcas. Discipulus. Satis abunde de his tractatum est: nihil autem de astrorum indicij quibus nonnulli quotannis de temporum varietate / annone penuria et abundantia bellis et egritudinibus diuersis futura pronosticant. Magister. Nec Astrologia non Astronomia edocet: que ex motibus / coniunctionibus / aspectibus / et influentibus celestium corporum: inferiorum mutationes considerat. Discipulus. Ne graueris obsecro huius principia breui sermone explicare. Magister. Commodius hoc ab alio tractatu exordiemur. Dis. Et lubet.

**Mirabilia
Aphrice**

Insulae

Epilogus

De Astrologia

Libri VII Tractatus II De Astrologia. Capitulum I De partibus Astrologie.

Magister.



Astrologie partes quinque numerantur. Prima que introductoria est circa principia versat. Altera de magnis et annuis revolutionibus tractat. Tertia genturas singulorum diiudicat. Quarta interrogaciones considerat. Quinta electiones explanat. Additur a quibusdam pars sexta: que imaginum fabricam et operationem edocet. Disci. Hoc seruas to ordine singulas percurramus. Magi. Plane percurramus: nam pauca admodum de his dicere statui. Disci. Quam ob causam? Magi. Ne precellens ingenium tuum altioribus imbuedum disciplinis per necessarios ac minus certis institutis prepediam. Disci. Fac quod noueris utilius.

Partes astrologie.

De principijs Astrologie. Ca. II Magi.


Principiorum que introductoria pertractat quedam sunt circa Zodiaci partes et earundem naturas: quedam circa planetarum qualitates: nonnulla vero circa domorum diuisiones et earundem significaciones. Disci. Zodiacum in duodecim partes siue signa: et unumquodque ex his in triginta gradus longitudinis et duodecim latitudinis diuisum ex precedentibus liquet. Magi. Sicut circulorum in sphaera descriptorum diuersitas tamen est imaginaria: ita et diuisio zodiaci non est ex natura aut primordiali creatione sed per arbitrio et astrologorum fictione: ut initia et terminos calculandi motus habeant. Disci. Quare igitur zodiaci non in plura aut pauciora quam duodecim diuiserunt signa: aut quare signum unum in gradus triginta et rursum gradum in sexaginta tamen partiuntur minuta? Magi. Quia numerus iste diuisionibus et calculationibus accommodatior est: ut testantur ipsi astrologi Hali: Zuenrodan in expositione Ptolemei et Abrahama: Auenazra in libro rationum astrologicarum. Disci. Potuissent igitur si uoluissent in plures paucioresue partes zodiacum diuidere? Magi. etiam. Nam et chaldei non signis sed imaginibus undecim tamen utuntur: libram et scorpionem simul copulantes. Disci. Memini hoc ultimum dum celestes imagines enumerares commemoratum: sed earundem naturas edicito. Magi. De signorum naturis astrologi etiam multa nimis differant: nobis tamen satis erit pauca ad modum commemorasse magis quam tractasse. Aries signum primum calidum est: siccum / igneum et cholericum: ex corporis copage caput sibi vendicans. Taurus vero secundum signum frigidum et siccum: terrenum et melancholicum / colla respicit. Gemini tertium in ordine calidum et humidum: aereum et sanguineum: brachia intuetur. Cancer quartum signum frigidum et humidum / aqueum et phlegmaticum obtinet pectus / pulmonem et stomachum. Leo quintum in qualitatibus cum ariete conuenit: cor et epas regit. Virgo cum tauro concordat: sed intestina et fundum stomachi vendicat. Libra vero cum geminis congruit: sed renes et nates respicit. Scorpio cum cancro in qualitatibus concordat: sed pudenda intuetur. Sagittarius rursum cum ariete et leone coincidit: et coras intedit. Capricornus cum tauro item et cum uirgine concordat: sed genua gubernat. Aquarius cum geminis et libra conuenit: sed cruribus et tibis preest. Disci. Quomodo in qualitatibus a cancro non deuiat: sed pedes vendicant. Et cum

Zodiaci diuisio imaginaria non naturalis est.

Signorum natura

Aries
Taurus
Gemini
Cancer
Leo
Virgo
Libra
Scorpio
Sagittarius
Capricornus
Pisces

Liber VII Trac. II



De Astrologia

semper tria conueniāt / quatuor triplicitates ex his fabricat. Primā videlicet arietis / leonis / sagittarij dicunt orientalem masculinā: diurnā / et sapore amarā. Alterā tauri / scyri / virginis / et capricorni meridionalē / feminē / nocturnā / et sapore acrem nomināt. Tertiā que est geminorū / libere / et aquarij occidentalē masculinā / et diurnā: / et sapore dulcē appellant. Quartā hō quā cancer / scorpio / et pisces integrāt septentrionalē / feminē / nocturnā / et sapore salisam vocāt. Illis quoque trigonis dominatores ex planetis distribuētes: tantū inter se pugnant / ut cuius magis credendū sit facile non appareat. Amplius autē / et signorū alia dicunt mobilia: que sunt. Aries / Cancer / Libra / Capricornus: alia fixa: que sunt. Taurus / Leo / Scorpio / Aquarius: reliqua hō cōmunita sunt. Quedā insuper rationalia: ut Virgo / Gemini / Libra / Aquarius: / et prima medietas Sagittarij. Quedā preterea sterilia: quedā fecunda: et cetera multa id genus figmenta: ad gradus vsq; deducta: cum alios dicant gradus masculinos alios femininos: lucidos quosdā / et alios tenebrosos / fumosos / vacuos / puteales / et aliyemena sine valitudinarios. Preterea / et singula signa in ternas factes diuidū: in terminos autē inaequales distinguūt: quorū domina planetis distribuunt: / et multiplices fortitudines ipsis rōne talium aduenire credunt. Nam a triplicitate fortitudines tres accipe autemāt: a termino duas: a facie vnā: a domo hō quāque: / et ab exaltatiōe quatuor. Ex in ista graduum / facierū ac terminorū assignatiōe inextricabilis apud astrologos nō infimos iuenit diuersitas.

Signa mobilia et fixa.

Cōmunita rationalia.

De Domibus exaltationibus: naturis et qualitatibus atq; aspectibus planetarum.

Capitulum III Discipulus.

Domus planetarū que sunt? Magi. Signa zodiaci. Nam saturnus no p domitijs assignāt capricornū / et aquariū. Joui sagittariū / et pisces. Marti arietē / et scorpionē. Soli leonē tñ. Veneri taurū / et libram. Mercurio gemini / et virginem. Lune solum cancerum. Discipulus. Exaltationes vero que sunt? Magister. Saturnus exaltatur in gradu. 20. libere Jupiter in. 15. cancri. Mars in. 28. capricorni. Sol in. 19. arietis. Venus in. 26. piscium. Mercurius in. 15. virginis. Luna in quarto tauri. Casus omnium sunt in locis oppositis. Discipulus. Plāne: sed quid tradunt de planetarum qualitate? Magister. Saturnū frigidū / et siccum / colore nigrum: / et sapore stipticū dicunt. Jovem vero humidū / et calidū: colore cinericū aut viridem: sapore dulcem. Martem siccum / et calidū. rubeum / et amarum. Solem calidū / et siccum: in colore peregrinū: / et sapore acutum. Venerem humidam / et frigidam: albam / et vinctuosam. Mercurium variū: / et planete cui iungitur in qualitatibus primis se conformantē: in colore mixtū / et sapore acetosum dicunt. Lunam frigidā / et humidā: croceam / et salisam perhibent. Rursum ex his quidam graues / et ponderosi nominant: ut saturnus / iupiter / mars: alij leues ut venus / mercurius luna. Sol autē nec ponderosus / nec leuis est. Quidam etiā fortune sunt: ut Jupiter fortuna maior: Venus fortuna minor. Alij in fortune sunt: ut saturnus in fortuna maior: mars in fortuna minor. Mercurius autem cum bonis bonus / cū malis malus. Sol bonus per aspectum: malus cōiunctiōe. Luna quasi nuncia per omnes currit: et ab ipsis fortunata et infortunata redditur. Venus / et luna femininū sunt: reliqui omnes masculinū.

Domus planetarum

Exaltationes planetarum


Natura planetarum

Liber VII Tracta. II

Nocturni sunt mars/venus/et luna. diurni sunt alij oēs. Nonnulli amici dicuntur: qdā inimici noianē. Nā amici saturni/sunt iupiter sol luna: inimici sunt mars et venus. Jouis amici sunt oēs: de pto marte. Martis amica sola venus: ceteri inimici. Sol amici sunt iupitē/ven⁹: inimici mars, mercurius et luna. Mercurij amici sunt: saturnus iupiter venus: ceteri inimici. Lune amici sunt saturnus/iupiter ven⁹: alij inimici. Amici capiti draconis dicunt esse iupiter et ven⁹/ve qz natura est: et ideo fortuna. Amici caude/sunt saturn⁹ et mars: qz naturā picipat: et ideo fortuna ē. Augent aut et minuunt ista p aspect⁹. Di. Quō se aspicere dicunt? Ma. Lū in eodē signo et gradu sine/puncti dē eunt. p contrariū separati noianē. Si aut p sextā partē zodiaci/hoc est p duo signa distāt: aspiciūt se aspectu sextili: q est amicitie im pfecte. Si aut p tertiā

Characteres
 aspectuum
 quart⁹ trin⁹
 □ △
 * ∞
 sextil oppo
 silio

Figura aspectuum



De Astrologia

zodiaci partem distant / id est per quatuor signa: trino aspectu se respicientes qui est amicitie pfecte. Si ho p quartā partē zodiaci id est p tria signa oppo-
nunt / quarto se aspectu intuent: qui est inimicitie impfecte. Si autē per sex si-
gna distant oppositi dicunt: qui aspectus est pfecte contrarietatis. *Disci-*
Quatuor igit aspectus sunt. s. sextilis / trinus / quartus z oppositio. Magi-
sane. Nam cōiunctio pprie aspectus dici nequit: z vim fortitur vt quidā tra-
dunt per gradus. xij. ante z post. Figura aspectuū est quā hic supra cornis.

De quibusdā alijs accidentibus planeta- rum: que z astronomum ignorare nō oportet Capitulum III Discipulus.

Deter hec autem z planetis alia multa nomina attribuuntur z ac-
cidentia: quorum cognitio etiam Astronomie utilis est. Discipulus
Lo magis explicanda sunt. Magister. Planete quandoq; vi-
cuntur directi quandoq; retrogradi: nunc etiam stationarij. Discipulus. De
his in precedenti tractatu disertum esse memini: alia si que sunt enumera.
Magister. Planete dicuntur etiam quandoq; tardi cursu z minuti: cum scz li-
nea veri motus eorum tardius mouetur q̄ linea medij motus: aut contra suc-
cessionem signorum incedit. *Reloces autem z aucti cursu dicuntur / quando fini*
sucessione mouentur. Aucti vero numero sunt: quando equatio additur sup
medium motum: cum autem minuitur: minuti numero vocantur. Aucti vero
lumine sunt: quando a sole recedunt vel sol ab eis: z minuti lumine vocan-
tur: quando ad solem appropinquant. Et cum ad gradum decimumquintum
aut duodecimum veniunt: sub radijs sunt: z combusti nominantur. Orienta-
les sunt quando oriuntur ante solem. Occidentales vero cum occidunt post
solem. Unde z venus solem precedens in auroa / lucifer: sequens autem solē
post occasum / hesperus dicitur. De qua Boetius libro primo de consolatu
philosophico metro quinto ait: z qui prime tempore noctis agit argentes hes-
perus ortus solitas: iterum mutet habenas p̄ hebi pallens lucifer ortu. Vi-
cuntur z orientes ortu matutino: cum de subradijs exeunt: z propter remotio-
nem eorum a sole / mane ante ortum solis apparere incipiunt. Orientes vero
ortu vespertino dicuntur / cum de subradijs exeunt: z propter remotionem eoz
a sole vespere post occasum solis apparent. Occidentes autem occasu matu-
tino sunt / cum radios ingredienti mane occultari incipiunt. Et occidentes
occasu vespertino / cum radios solis intrantes z post solis occasum occulta-
ri incipiunt. Tres tamen superiores occasu matutino non occidunt: nec ortu
vespertino oriuntur. Meridionales etiam planete appellantur / cum in suo
eccentrico ab ecliptica versus meridiem declinant. Septentrionales autem cū
versus septentrionem tendunt. Respectus autem planetarum quos in diuer-
sis signis ad diuersas corporis partes habere dicuntur / in sequenti patent
descriptione.

Planete disci-
tur tardi z ve-
loces




















Aucti numero
Aucti lumine

Combusti
orientales.

Orientes ma-
tutinales
Occidentales ves-
pertini.

Occidentales
matutinales
Occidentales
vespertini
Meridionales
Septentrionales

Quas corporis partes planete in diuersis
signis respiciant. Capitulum V


	 Saturnus	 Jupiter	 Mars	 Sol	 Venus	 Mercurius	 Luna
aries 	pectus	ventrem	caput	femora	pedes	crura	genua
taurus 	ventrem	dorsum	collum	genua	caput	pedes	crura
gemini 	ventrem	verenda	pectus	crura talos	collum	caput	femora
cancer 	virilia	femora	pectus	pedes	brachia humeros	oculos	caput
leo 	verenda	femora genua	ventrem	caput	cor.	guttur	collum
virgo 	pedes	genua	ventrem	collum	ventrem	cor	humeros
libra 	genua	oculos	verenda	humeros	caput	ventrem	cor
scorpio 	talos	pedes	caput brachia	cor	verenda	dorsum	ventrem
sagit. 	pedes	crura	manus	ventrem	femora	verenda	dorsum
capric. 	caput oculos	crura	dorsum	cor	verenda	femora	femora
aquaria 	collum	pectus	cor	verenda	genua	femora	verenda
pisces 	humeros	cor	ventrem	femora	dorsum	crura	femora

De Astrologia

De diuisione celi in domos duodecim et nominibus earundem. Ca. VI. Magi.

Orum indicandi negotium maxime ex Zodiaci in duodecim domos illa partitione dependere estimant: verumtamen nec in hac concordat. Sed pretermittis duobus partiendi modis/tertium exempli causa pandam: qui talis est: vt intelligantur sex circuli magni in sphaera super polis mundi verinq; sese intersecantes: atq; per puncta equinoctialis diuisim in duodecim equalia transeutes; per hos em sex circulos zodiacus in duodecim/ sed no equales partit domos: quarum vna medietas sub horizonte: alter a supra horizonta apparet: et opposite equales reperiunt. Quatuor ex his anguli vocantur scilicet Prima: que est angulus orientis. Septima opposita: angulus occidentis. Decima: est angulus diei ses medij celi. Quarta: est angulus noctis sub horizonte. In his vt aiunt/ planete sunt fortiores. Post has quat


Domos
Anguli



Diuisio domorum celi

Liber VII Tra. II

Succedentes tuor domos/succedentes nominant: in quibus planete sunt debiliores q̄ in angulis: 2 sunt domus secunda octava undecima et quinta. **Cadentes** liqua quatuor cadentes nominantur ceteris debiliores. Ex his 2 constellationibus in illis re pertis per ceteras astrologie partes varia ac mira conantur.



Si demonstratiōe experientia aut alia quavis via astrologie principia cognita sint. Ca. VII. Disci.

Discus q̄ has partes aggrediamur edicto quontam modo astrologi tantā partū eiusdē celli diuersitatē inuestigare potuerūt: aut quid firmitatis habet q̄ etiam in gradibus q̄tum ad qualitates/facies/terminos/exaltationes 2 casus ponunt: 2 planetis attribuunt: Magister Astronomie principia de quibus in pcedenti tractatu actū est: ex geometria numeroꝝ cōcurrēte ratione indagari potuere. **Disci.** Non de illis (qm̄ quāritatē concernūt) questionē moneo: sed de diuersitate qualitātū 2 influentiarū celli 2 partū eius 2 plantarū dño 2 fortitudinis incremento in illis. Magi. Ab effectibus (vt aiunt) in multoz cognitionē deuenere per crebras 2 diuisas obseruationes. Unde 2 nōnulli ab exordio mundi primis hoibus intantū vitam plongatā a deo celi autumāt: vt astronomiā/astrologiā 2 ceteras artes que longa experientia acquirūtur inuestigare possent. Alij primo parentel Aldam 2 patriarchis nōnullā astrologie partē reuelatā aiunt. Unde 2 magister in historijs Abraam egyptios astrologiam docuisse testatur. Quōd haud abnuo q̄tum ad temporū varietates: sicut scriptū est: Et sine illis in signa et tempora: non aut quantū ad diuinationē quā deus semini abrae specialiter in terdirit: vt patebit infra. **Disci.** Interim dicētis assentio: sed cur longa obseruantia 2 experimētis plurimū astrologie principia haurire nequiverunt/nō apparet q̄d possit cōuenienter opponi. Magi. Si experimētis que tradunt principia didicissent: vt q̄ nō semel/sed frequēter easdem constellationes intēgre obseruassent. Sed obstat q̄d 2 ipsi vere affirmant: eandē constellationē totalē nunq̄/vel saltem post annozū multa milia rediturā: nec sufficite particulares constellationes sepius obseruasse: quippe cum nulla stellarum seorsum influat: sed simul cum omnibus etiā astrologis nunq̄ visis vel cognitīs/certo dicere nequeūt: cur magis vni q̄ alteri experimētalis effectus veniat ascribēdus: nisi forte solis 2 lune sideribus etiā omni videnti notis: quibus tamen in efficiētia frequēter preponūt sidera minora aut a nobis remotissima. Multū preterea operationē celestī variat/impedit aut minuit in superioribus alia constellatio: 2 inferiorib⁹ materie indisposito. Sed esto/hauriri possit constellationū quas in iudicijs attendunt efficiētia: sed nondum est inuenta sufficienterq̄ obseruata: patet legenti astronomozū de motu stellarum firuamētū et etiam erraticarum dubia. Antiquiores quippe supra firmamētū nullum aliud celum cognouerūt: quo tamen iuniores astrologi etiā in praxi vtuntur. Abaldei 2 egyptij nō infimū in astrologia/stellis fixis vnū

Principia astrologie sunt nobis cognita.

Sei. j. b

De Astrologia

in motum attribuunt. s. diurnū. Ptolemeus addidit secundū qui est ab occi. Ptolemeus dente in orientē. Thebit tertiu inuenisse dicit: qui est versus meridiē et aq̄i Thebit lonem. In tpe vero multū discordant: vt partim dictū est in supioribus. nec Stellarū fixa mirū si de fixis trepidant: qui etiā in motu solis et lune inter se pugnant: vt r̄um motus quātitas anni solaris adhuc apud astronomos quo ad p̄sionē sit incerta: et triplex in maxima solis declinatione quantū differant supflūū est hic recensere. Cōstat autē si astrologus in gradu vno t̄m̄ fefellerit in captanda hora: in diuisione domoy duodecim similiter deficiet. mutabit etiā gradus signū. et in directi onibus etiā variat annū. mutabunt etiā aspectus et situs stellarū. *Disci.* Fallax igit sequat astrologoy experimentū necesse est. Sed et planete qua conuentione inter se regendi ac d̄handi tpa/horas/atq̄ momenta in diuersis partibus celi/etiā vt ais climatū terre partiti sint/vehementer hesito: et te super hec audire cupio: interim alia que questionē augent s̄lebo. *Ma.* Hec r̄ pene innumera alia sunt que fidem astrologie minuunt his qui oīm causas (vt equū est) p̄fundius rimant: et in astrologie libris non nisi persuasiones quasdam legunt. Nos autē q̄ ipsam defendendam non suscepimus: reliquas eius partes velocius percurrere debemus. *Disci.* At libet.

**De secunda parte astrologie: Et qualem in
fluentiā celestiu corporū in inferiora Theolo
gi cum philosophis concedunt: voluntatem
omnino excipietes. Cap. VIII. Magi.**

Secunda (vt premisum est) astrologie pars de reuolutionibus est. hec coniunctiones et eclipses considerat: et ex his alijs insuper cōstellationibus de dispositione annone/belloy/egritudinū et mutatione temporū atq̄ inuolutione legum futura prenunciat. *Disci.* Tu ne huiusmodi futura contingentia celestiu consideratione p̄uidēda credis? *Magi.* Multiplicem virtutem r̄ operationē celestibus a conditore omnium concreatam nemo sapiens dubitat: per paucas vero ex his omnibus in hoīm noticiā deuenisse/et omnes deo soli notas esse regius propheta indicat/dicēs Qui numerat multitudinem stellarū/et omnibus eis nomina vocat. *Romi.* *Ps.* xlvj. na vero a proprietatibus rebus imponi constat: quas solus nouit perfecte q̄ eas condidit. vñ consequenter exclamat: Magnus d̄s noster et magna virtus eius: et sapientie eius nō est numerus. Hec de particulari noticia intelligenda sunt: quōtā generalem influxum celestiu qui fit per motū lumē et calorem in terrena/etiā philosophi (vono dei) cognouerunt. *Uñ Aristoteles* i. metho. r̄ de dicebat hunc mundum elementarem lattonibus superiorū contiguum esse: vt genera. inde virtus eius gubernēt. et alio loco: *Latio* inquit solis sub obliquo: circu Augustinus lo (zodiacū denotans) generationes adduct. Hec diuus Augustinus philo sophus acutissimus et theologoy p̄cipuus/ab Aristotelis sentētia in hac re dissentit: lib. liij. de trinit. ca. liij. asserens corpora crassiora et inferiora per subtiliora et potentiora ordine quodam regi. Et lib. v. de ciuitate dei. ca. vj. inter disputandum cū mathematicis ait: *Uñ* vsq̄ quaq̄ absurde dici p̄t/ad *Idem* solos corporū differentias afflatus quosdam valere sidereos: sicut in solari bus accessibus et recessibus videmus/etiā ipsius anni tempora variari: et lunari bus incrementis atq̄ decrementis augeri et minui quedam genera res

rum sicut echinos et conchas: et mirabiles estus oceanum non autem et animi voluntates positionibus siderum subdit. **Dis.** Aperte Augustinus inferiora superiorum influentibus subicit. Cur ergo a nonnullis astrologis aduersari dicitur. **Mag.** Hic diuus pater (quoadmodum et ceteri viri philosophie et veritatis cultores) astrologie non ademit quod ratio naturalis admittit: et sacrarum litterarum tenor incommutabilis non reprobatur. Hec tamen dicit corporum differentias necessario esse a celesti influxu: sed hoc posse concedi in quibusdam. Nam ut eodem loco ait serus diuersitas non ab influxu celesti est: cum simul recipi possint gemini diuersi sexus. Quid autem tam ad corpus pertinens quam corporis sexus? Sequitur hunc Bonauentura / Alexander de Ales / Scotus et theologorum numerosa turba: omnes generalem celestem in inferiora influxum affirmantes: Inferiora inquam corpora / non humanas mentes seu voluntates: quoadmodum in sententia Augustini hec excipiunt. Non enim potest (ut idem sanctus pater prestat li. xij. sup. Gen.) corporalia in spiritu agere. limitat certum: de se et immediate. Nam cum intellectus (inquit) mediantibus speciebus a sensibus receptis in opus suum procedat: et sensitiva potentia corporibus organatis utatur: de se procedens et a remoto procedi possit / immutatis corporibus intellectu in sua operatione impediri. ut videre est in lunaticis et phreneticis. **Eni** et scriptura dicit: Corpore quod corrumpit aggrauat animam: et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Voluntas autem existens contra omnium actuum suorum organo corporeo non alligatur: sicut nec intellectus magis tamen libera est: nulli improbitate patitur: nec celestem influxum subdit. Et ideo actus a voluntate procedentes ab astrologis prouideri aut diiudicari minime potest.

Theologi quod tribuant astrologie

Sap. ix. d.

Ex quinque causis astrologi frequenter errant in iudicijs suis. Et quomodo in vniuersali de fertilitate et sterilitate terre: de pestilentia bellis et mutatione regnorum aliquid pronosticare possunt. Capitulum. IX. Bis.

Prima ratio

Quia iuxta premissam beati Augustini sententiam in elementa et elementa afflatus siderum agatur: unde fit quod astrologi nonnunquam de illis quae in iudicijs suis et fallunt et fallunt? **Ma.** Quaeque huius rei causa multiplex assignari possit: hec tamen inter precipuas connumeranda est: quod raro huius artus scoli iudicia sua inter prescriptos limites coartant: sed inanis glorie cupiditate / phylacteria sua dilatant nimium: et ex stellis augurari gestunt: quod efficeret non potest. Frequenter etiam ad particulares localesque mutationes descendunt: singularium frugum species denotant: terrarum et incolarum euentus persequuntur secluntem: non attendentes / non obstante generali influxu superiorum: et (ut Augustinus habet lib. v. de ciui. dei. c. vij.) electo ad seminandum agrum die / tam multa grana in terram simul ventunt: simul germinant: et exorta segete simul herbescunt: pubescunt: flauescunt. et tamen inde spicas ceteras coeuas / atque vltra dixerim congerminales: alias rubigo interimit / alias aues depopulant: alias homines euellunt. Pari iudicio de reliquis rebus iudicandum est. Sunt enim cause celestes fere innumere: ex quibus ut premissum est tractatu procedenti / ex stellis fixis pauciores cognite sunt: quorum tamen actio quantum posset astrologorum traditiones canunt. Adde: quod de principijs et modo in-

Augustinus

Secunda

De Astrologia

dicandi precipui auctores artis huius diuersa senserunt. Accedit q̄ pluri- **Tertia**
mi nostro euo in praxi illa magistri nominari delectantur qui nondum lo-
qui ceperunt: ne dixerim didicerunt. Viri autem philosophie gnari facile non
enūciant q̄s ex certis causis & demonstrationibus veritatis euidentiā nō ha-
bet. Verūtamen si anni quatuor ptes a qualitatibus suis multum exorbitare **Quarta**
contigerit: facillime sequet̄ aeris intēperies: sicq̄ frugū detrimentū aut excē- **Auicenna**
suo frigore vel calore vrenti/humore suffocāte/aut siccitate consumēte humi-
dum radicale. Amplius turbatis elemētis immaturis frugibus & aere infe-
cto aut putrefacto/quo ad respirandū sedulo vitimur/egritudines euenturas
temere nemo iudicabit. Dentq̄ ex aere infecto & alimētis incōueniētibus/spi- **Quinta**
ritū animalē turbulentū generari physica ratio suadet. Hinc egritudines acu-
te & crebro multe obuiunt turbationes: q̄bus in vulgo dominātibus ad vni-
belial dolosam persuasione/inultus fieri haud erit difficile. Si em̄ princeps
vi legis occurrere nititur: mox a superba cerulce onus feruitutis & sceptrum
exactoris excutere molunt. Hinc secte/contentiones/partialitates/seditio-
nes/bella & cetera hmoi oriunt̄ multa. Et q̄uis (vt Ptholemeus ait) vir sa- **Ptholemeus**
piens dominef̄ astris: sensualitati sez & inclinationibus obuiādo: stultorū ta-
men (vt Salomon nō minus docte scripsit) infinit⁹ est numerus. Unde mirū **Ecc̄. i. d**
nō est si his & similibus solerter pensicularis/nō tam astrologi q̄ philosophi
medici & longa experiētia edocti agricolae & naute quotidie de futuris multa
vera predictant: etiā sine astrologicis regulis: de morbis/de annona/deq̄ tem-
pestatibus. Sed de illis hactenus. Tertiam astrologie partē nunc aggredia-
mur: laboriosum quippe hoc erit: qm̄ fere innumeri codices sunt de hac parte
& eregione viri eruditissimi & sanctitatis titulo prefulgidi parum illi tribuen-
dum astruunt

De tertia parte astrologie. De natiuitati- bus quid ex domibus quatuor primis astro- logi pronosticent. Ca. X Discipulus.

Quid hec pars futuri presagit? Magi. Mortem & vitam & ferme
omnes nascentiū euentus quales futuri sint: vt patet legenti signifi-
cationes. xij. domorum in quas celum hora natiuitatis diuidunt.
Et autem breuiter me de hac parte absoluam: ex multis pauca fm̄ domorum
ordinem in libris astrologorum expressa annotabo. **Discipulus. Probe.** **Significatio-**
nes domorū
cell.
Magister. Ex habitudine prime domus planetarū et stellarum in ea exi-
stentium/ & partū natura ac varijs affectibus mira de anima nati predicunt:
videlicet si liberalis: si legū amator: si mitis aut bellicosus: si diuinarū sciētia-
rum indagator: alteriusue studij aut operationis amator: & quantus quali sue
in corporis habitudine futur⁹ sit natus. Ex secūda domo de prosperitate: & in
fortunio/diuitiarum nati futura vident: si eas vel ex hereditate / merca-
tura / aut quouis alio ingenio aut labore habiturus sit: et amplius: si
sua sponte acquisitas dilapsdabit: aut violentia qualibet siue infortu-
nio amittat. Ex tertia domo de fratribus nati: de peritia legum et ob-
seruantia earumdem: & ibi per partem quam absconditam nominant astrolo-
gi/ de arcanis conscientie nascentis erga deum & erga homines iudicant.

Abraam
Euenozra
Eccl. ix. a:

Ita ut ait Abraam Euenozra in expositione huius domus: Si Jupiter fortis in natiuitate partem illam quocumque modo respexerit et deum diliget (scilicet natus) et a deo diliget etc. Dis. Hoc ne verum credis? Mag. Minime. Nam dicit scriptura: Nescit homo an odio vel amore dignus sit, et scientie arcana soli deo patent. Dis. Infamia ergo ista non tam futanda quam ut heretica execranda est. Mag. Quas fortunas inter planetas nominant: venerunt scilicet et iouem. Genus ut aiunt dat felicitatem vite presentis: Jupiter autem largitur felicitatem vite future.

Maternus
astrologus
Matth. xix. c.
Albumasar

Dis. Et quid de christo sentiunt: qui ait in euangelio: Ego vitam eternam do eis. Sed perge in narratione. Mag. Maternus quidam non infime auctoritatis apud astrologos scribit: quod saturnus in leone constitutus facit longeuos: quorum anima post mortem ad celos transibit. Dis. Cur ergo christus dicit: Si vis ingredi ad vitam eternam serua mandata: et non potius attende si habueris saturnum in leone? Mag. Albumasar impietatem impietati accumulans ait: Qui deo supplicauerit hora qua luna cum capite draconis ioui coniungitur impetrat quicquid petierit. Dis. Ha ha he stulticia sacrilega. Cur igitur astrologi non obseruant talem horam: ut semel impetrent de cetero in iudiciis suis neminem fallere: et ut tantas diuitias recte perent ne amplius pro inopia alijs sua mendacia venalia facerent. Sed perge ad domorum explanationem. Mag. Ex domo quarta de esse patris nati differit: qualis autem quanta eius vita sit et de alijs que breuitatis causa transeo tanquam fabulosa.

Que astrologi prenosticent ex alijs domibus natiuitatum. Cap. XI. Bisci.

A quinta autem domo quid? Mag. Si nascens filios generabit: et qualiter ad eos afficiet. Et hoc quidem Arabes: Ptolemeus autem decima filios diiudicat: Mallius ab ascendente. Et sexta de infirmitatibus nati in toto corpore et singulis partibus: et quando et quantum egrotabit futura annunciat. Ex septima si amator erit seminarum: et innoce minate libidinis sectator. Si uxorem habebit unam aut plures: vetulas aut iuuenulas: et quando eas ducet: ac si pacifice cum illis habitabit. Ex octaua autem domo scietur (aiunt) qua morte: in aqua / igne / gladio / suspendio / aut quouis alio modo interiturus sit natus. Ex nona si natus peregrinabitur: et quantum in terra vel aqua: et quam fortunam in his sentiet. Similiter si firmiter aut negligenter fidem suam tenebit. Ex decima de statu matris: quem admodum ex quarta de statu patris nati iudicium fit. Plurimi tamen statum patris a decima inuestigandum putant. Insuper si natus honorem / potestatem aut famam bonam habiturus sit venatur. Ex undecima de amicitia nati: et ad quas personas erit: similiter et de vestimentis futura dicunt. Ex duodecima domo figure celi in natiuitatibus alicuius calculate / inimicitie / captiuitates: si quas forte aut unde habiturus sit natus prenosci habent. Seruos similiter Egyptij ab ista domo diiudicant. Arabes autem illud a sexta factum existimant: et alia ferme innumera: Minima etiam et vilia hominum accidentia hec pars astrologie de nascente futura indicat ex domino natiuitatis hora: almutes / alcohoden / hylech et variis partium protectione / ex habitudine planetarum et stellarum fixarum: et earundem et similiter domorum varijs aspectibus et directione: que latius persequi non est nostrum: sed alia ceterius percurrere.

De Astrologia

De laude quatuor doctorū ecclesie: et quid de hac parte astrologie senserint. Ca. XII. Disce.

- Doctores ecclesie.** **D**ivus qui sunt viri eruditissimi et sanctitate prefulgenti huic parti astrologie parū tribuētēs / ut p̄miseras paulo ante edicito: simulq; eorū dem sentētiās de hac re p̄stringito parva. Magi. Hi sunt doctores precipui catholici: quatuor colūne ecclesie sanctus Gregorius papa: sanctus Hieronymus presbyter cardinalis: sanctus Ambrosius archieps Mediolanensis: sanctus Augustinus ante cōversionē suā rhetor: marim⁹ et philosophorum acutissimus: post susceptū deo baptisma episcopus Hipponeſis. per totū mundū celebris doctor et falsitatis inimicus. Hi sunt (ut testat pontifex romanus in ca. vincto de reli. et vene. sanc. lib. vi.) quorū plucida ac salutaria documenta romanā illustrarūt ecclesiā: decorarūt virtutibus / et moribus informarūt. Per ipsos preterea quasi luminosas ardētes lucernas sup. candelabru in domo dñi positas / errorū tenebris p̄lugatis toti⁹ corp⁹ ecclesie tanq; sidus irradiat matutinū. Disce. Ea p̄pera: et quid de astrologia hac tenendum scripserint hi sancti patres quos ecclesia tam studiose cōmendat in medio ferre graueris minime. Magi. Diuus papa Gregorius in homelia ep̄ phante accepta occasione ab apparitione stelle quā Magi viderūt in oriente nato dño / cōtra mathematicos orationē texens: opponit de duobus geminis Jacob et Esau similitudinē / dicens: Certe cum Jacob de utero egrediēs prioris fratris plantam manu teneret / prior p̄fecte nequaq; egredi potuit: nisi et subsequens inchoasset: et tñ cum vno tempore eodēq; momento utrūq; mater fuderit / nō vna vtriusq; vite equalitas fuit. Sed ad hec solent mathematici respondere (inquit) quia virtus constellationis in actu pungētis est. Quibus educto nos dicimus: quia magna est mora natiuitatis: si igit in actu puncti constellatio p̄mutat: necesse iam erit ut tot dicāt facta quot sunt mēbra nascētū. hec Gregorius. Qui et post multa alia que astrologis abijcit (ad que p̄fecto rationabiliter respondere nequeūt) concludit dicens: hec de stella breuiter diximus: ne mathematicorū stulticiā indiscussam preterisse videamur. Quis nec ista p̄mouent: attende q; eodē loco p̄discillianistarū heresim dicit esse de genituris opinionē astrologorum. Disce. Summū pontificē audiuimus: audiāmus et cardinālē. Magi. Diuus Hieronymus presbyter cardinalis sacre scripture interpres p̄cipuus / in cōmentarijs sup. p̄phetā Sophoniā ca. f. de astrologis dñi exortus esset sermo / ait: hi sūt q̄ eleuant aduersus sciētā dei et omne qd̄ gerit in seculo (fictā sibi sciētā pollicētes) referūt ad ortus stellarū et occubitus: et mathematicorū sequitur errores. Idem sup. Esaiam. ca. xlviij. de astrologis loquēs / dicit: Hi sunt qui vulgo appellant mathematici ex astrozum cursu lapsus: siderum res humanas regi arbitrant: et cum salutē alijs promittebant / sua ignorabant supplicia. Idem in ca. Sed et illud. 26. q. 2. requirere stellarum cursus / et euentus ex his futuroz. rimari obprobriū egypti vocat et idololatricē comparat. Discipulus. Sufficiunt ad presens diuiti cardinalis dicta: archieps ep̄cōpū accedāmus Mediolanensem. Magister **Ambrosius** hic est sanctus pater Ambrosius grandiloquus: qui in quarto libro hexameron ca. quarto de astrologis longum sermonem contexens inter alia. Adhuc hī (inquit) natiuitatū rēptarunt exprimere qualitates / qualis sit vnusquisq; qui natus sit: cum hoc non solum vanum / sed etiam inutile sit querentibus

Liber VII Tracta. II

impossibile pollicentibus. Et post probationē sue sententię ait: Redempti sunt apphōli et congregati ex peccatoribus: non utiq; natiuitatis sue horā / sed ebusti eos sanctificauit aduentus: et hora dominice passionis redemit a morte. Patro damnatus capite ille cum domino crucifixus: non beneficio natiuitatis sue / sed fidei confessione ad paradisi eterna transiit. Bonam in mare non vis natiuitatis / sed dissimulatio diuine preceptōis precipitauit et offensa. Petrus de carcere imminente morte perimendum angelus ebusti / non stellarum series liberant. Paulum ceetas conuertit ad gratiam: et percussum a vipera / turbatumq; naufragio: nō remedio natiuitatis / sed deuotionis merita seruauerunt. Quid de illis dicimus qui eorum precibus cum fuissent mortui resurrexerunt: vtrum illos sua natiuitas / an apostolica gratia suscitauit? Et idem totum negocium hoc (scilicet iudicandi) plenum ait esse veritate: et tele aranee comparat. Discipulus. Durus est hic. diuum Augustinū quem philosophum fuisse acutissimum dictis / auscultemus.

Luce. 23.
Ione. 1. et. 2.
Actuum. 12. 9
et. 18.

De opinionibus philosophorum: de fato et constellatione natiuitatum: quas Augustinus libro quinto de ciuitate dei recitat et improbat. Capitulum. xij. Magister

Augustinus

Sanctus Augustinus disputator copiosus / omnem questionē quam tractat radicitus medullitusq; perquirat: vt latentē vel veritatē vel falsitatē fideliter detegat. An cum libro quinto de ciuitate dei contra astrologos disputationis rete tendere instituisse: prius fatidicorum et astrologorū varias opiniones distinxit: et breuius prioribus explosis / cū generaliacis varijs medijs p̄grediē per capitula ferme decē prima. longum esset omnia hec epitomati nostro integra inferere. *Dis.* Longum etiā et min⁹ necessariū: cum paucis planisq; verbis intentionē tanti doctoris edicere possis. *Magister.* Si possum / incertū habeo: obsequi tamen tibi in hoc quoq; non abnuo. Distinguens itaq; Augustinus fatidicorum et astrologorum sectas in ca. primo libri prefati: primos ponit qui dicunt omnia euenire fato. i. voluntate et potestate dei. *Discipulus.* Illos ne male sentire arguit? *Magister.* Minime: sed vt sententiā teneant / et linguam corrigant admonet. *Discipulus.* Quapropter? *Quia* fatū homines quando audiunt / vsitata loquendi consuetudine non intelligunt: nisi vlm positionis siderum qualis est quando quis nascitur siue concipitur. *Discipulus.* Secunda igitur opinio est illorum qui omnia fato / id est v. siderum initialium euenire arbitrantur? *Magister.* Scite intulisti: sed inter hos rursū Augustinus discernit. Quisdam enim sine voluntate dei decernere opinantur sidera quid agamus / vel quid bonorum habeamus: malorumue patiamur. *Disci.* Tales haud dubiū explodit. *Mag.* Quinimo et ab auribus omnium repellendos ait: non solum eorum qui veram religionē tenent: sed qui deorū qualiumcūq; licet fallorū volunt esse cultores. *Disci.* Qua de re? *Mag.* Quia (inquit) hec opinio aliud non agit nisi vt nullus omnino colatur deus. *Disci.* De hac secta nonnullos nostrę fidei homines esse arbitror: qui rogationes / letanias /

De Astrologia

et peccationes communes pro pace/aut a salubri aura a populo factas subsan-
nantes frustra fieri calumniant. Sed qd mibi de his? aliud dicte diuisionis
membriū psequere. Mag. Eorum qui omnia vi siderū euenire credunt/nō
nulli sidera qdem/que nobis futura sunt pro arbitrio decernere opinant: sed
accepta potestate a deo. Dis. Quid isti? Mag. Magnā inquit celo faci-
unt iniuriā. Dis. Quā? Mag. Quia in eius velut clarissimo senatu/ac splē-
didissima curia opinant scelera faciēda decerni. qualia si aliqua terrena ci-
uitas decreuisset genere humano decernente/ fuerat euertenda. Dis. Quid
si dicerent sidera nō pro arbitrio illa decernere: sed in talibus ingerēdis dei
omnino iussa complere? Mag. Quarta hec positio est precedenti crudelior.
Dis. Quapropter? Mag. Quia de deo sentiendum tradit qd indignis
simū visum est de stellaz voluntate sentire. Dēs iam dicti philosophi quia ex
stellarū influxu necessario euenire existimant que sūt/hodie quoq; a sapien-
tioribus astrologis tanq; falsarij reprobant. Dis. Hac forte Ptolemei sen-
tentia potissimū pauloante posita: qua ait. Air sapiens dñabit astris. Ma.
Ea ipsa: et alijs multis. Quinta igit positio est generalis: q; stelle nec pro li-
bitu futura decernunt (q; vt dictū est supra/ anime nō sunt) nec decreta dei
nec necessario ventura in nobis explent: qm̄ deus hominē in manu sūlij relin-
quit. ait Sapiens. Sed ex natura sua et influentia a p̄ditore accepta/ hoies/
resq; terrenas alterant: et ad ea de quibus supra pauca cōmemorauimus ina-
clinant: cui inclinanti homo si vult contraire poterit. Dis. De hac opinio-
ne Aug. quid sentit? Mag. Non mediocriter doctorū hominū fuisse ait istā
sententiā: vt dicant stelle significare poti⁹ ista q; facere: vt quasi locutio que-
dam sit illa positio siderū: predicens futura/nō agens. Dis. Aliorum istam
fuisse sententiā nec ego dubitaueram: sed eā Augustinus approbaret nec ne
audire volui. Mag. Quantum ad ea que ex libero arbitrio dependēt/ po-
sitionem istam nequaq; approbat: sed in sequentibus fortiter expugnat: et p-
pria astrologorum principia in tela cōmutans eos confodit vudicij: et q̄rum
ad cetera ab astrologis ex natiuitatibus vaticinata/ similiter incertam hanc
positionē ostendit. Tu si qñ vacabit ibidem lege et relege. non em̄ prima frō-
te omni legenti doctoris mens et argumentorum vis patet.

Ptolemeus
Opinio de
fato

Ecd. 5.

In quibus libris Augustinus astrologiam de natiuitatibus improbet: et similiter ceteri Theologi. Canoniste: et sancti Prophete. Capitulum XIII Discipulus.

Apparet ex premissa opinionum dilucidatione insipienter nimis a
nonnullis responsum esse: Augustinū ceterosq; sanctos doctores nō
nisi hos astrologos reprehendisse qui necessitare astra nos docent.
Magi. Ceteri in cōi oēs indistincte simul reprehendunt: et haud dubiū pos-
itionem imponentem necessitatē tanq; blasphemā in primis reiiciendam vo-
lunt. Augustinus vero p̄ticularius predictas positiones segregans/ vltimā
que veritati minus videt̄ contraria: et ideo forte tanto periculostor quanto
apparet pbabilior/ diligentius eliminat. Et in capitulo. 5. astrologiam nei-

Liber VII Trac. II

Astrologia *artem; sed vanitatē vocat: et in si. cap. septimi nullam hanc artē esse astruē-*
non ars; sed **Q**mitto que lib. 2. super Benefim ad litterā: et libro octogintatris questionū
vanitas est **Q**uestione. 45. de astrologis ponit. Idem lib. 2. questionū ve. et no. testa. q. 16
in fine ait: Astrologi enim inimici sunt veritatis. Et lib. 11j. de questionibus
no. et vet. testa. ca. 18. diffusissime contra fatū et mathematicos multis ac va-
rijs argumentis differens: In principio ait nihil tam contra christianos q̄ si
arti matheos adhibeant curā: hec enim inimica dinoscit legi dei. Et paulo
infra dicit. Hanc enim astutia et subtilitas inuenit diaboli. Et circa finē: Fu-
glendū omnibus modis ab hac arte monemus: curiosi enim eius inimici dei
sunt: et sine sollicitudine nunq̄ sunt. semper enim suspensē expectāt quod mi-
nime certū sciunt. Ipse etiā sermone. 6. de eptiphania vocat hanc artem stul-
ticiam sacrilegam et indoctā doctrinam. Et ibidem ait: De genitris homi-
num vani homines loquunt quod insipienter opinant. In sermone quoq̄ de
verbis domini: quibus dicitur: Ego sum vitis vera etc. ait: Conuerso tibi in-
dulgentiam deus promissit: sed crastinū diem tibi nemo promissit: aut si forte
promissit mathematicus / longe aliud est. **D**eus (exclamat) q̄ multos ma-
thematici fecerunt: quia sibi plerūq̄ lucra promiserunt. et damna inuenie-
runt. Et homelia. 11j. ait: Promissit diem crastinū mathematicus vt damne-
te et illum. Et ad Januariū scribens dicit: Mathematicorū deliramenta cū
detestatione irridenda sunt. In secūdo libro de doctrina christiana / dicit eos
nimis errare: et gen^o fornicatiōis aie astrologiā vocat. 26. q. 2. c. illd. Reliq̄
tantorum virorum testimonia / similiter et theologorū posteriorum: videlicet
Alexandri de Ales / Bonauenture / Scoti et aliorū breuitatis causa libet per-
transire. Hec enim isti a prioribus dissentiunt: sed et ipsi influxum celestiu in
elementa et elementata agere concedunt. Rationē quia a sensibilibus et potē-
tibus organicis species haurit per accidens et multū a remotis et in generali
a celestibus moueri non omnino adimunt: sed non ad ea que astrologorū tra-
ditiones continent: voluntatē vero omnino esse liberā et isti et catholici om-
nes dicunt. **D**is. Sancti patres et theologi nominati fortasse astrologiam
disuasērunt: de ipsius principijs et experimentis minus edocti. **M**agi. Si
duos patres astrologie ignaros fuisse credis: lege Ambrosiū loco preallega-
to: et Augustinū lib. 4. p̄fessionū: et inuenies quo suspicionem hanc a mente
tuā repellas facillime. multū enim temporis in hac attrinisse: et vix tandem
falsitate cōperta desinisse ab hac vanitate deo p̄fite. s. Aug^o. Sic quoq̄ et
in aliorū codicibus hesitationis tue medelam poteris inuenire: omnes enim
non alienis armis cū astrologis p̄fugunt / sed (quod doctoz est) p̄prijis prin-
cipijs vaniloquos redarguunt. Sacri insuper canones illoz dicta approban-
tes / astrologiā p̄hibēt. 26. q. 2. c. Illos planetarios. sunt verba sancti Augu-
stini lib. 4. p̄fessionū. et. c. sed et illud. que sunt verba beati Hieronymi. Et de
fortilegijs. c. ex tuarū. **P**apa Alexander tertius clericum qui bono zelo et ex
simplicitate per astrolabij inspectionē furtum cucusdam ecclesie inquisiuit / p̄-
annum a celebratione suspendit: dicens id gravissimum esse: et non modicam
inde maculam peccati contraxisse. **D**is. Talis papa si hodie viueret / sacer-
dotes nostros quos nominare possem / forte in perpetuum inhabilitaret. **M**a-
gist^r. Quid faceret nescio: verūtamen ipsi intime cōpator. Sed si forte il-
los non mouēt que prelibata sunt: non operosum erit v̄ni sententiā de hac re
in mediū proferre. **D**is. Proferas queso. **M**a. Non ego / sed Esaias p̄-

Esaias.

De Astrologia

videtur nobis hanc edicat. **Disci.** Magis gratum accipio: quid ait? **Magi.** c. 47. ex persona domini dicit babilonia: **Stent** & saluent te augures celi qui contemplabant sidera: supputabant menses ut ex eis nunciaret ventura tibi: ecce facti sunt quasi stipula: ignis combussit eos: non liberabat ankam suam de manu anime. Et quod in nostris libris dicitur augures celi: septuaginta interpretes transulerunt/astrologi: dicit sanctus Hieronymus ibidem: ubi etiam ponit testimonium secundum paulo ante expressum. **Discipulus.** Quibus prophetarum testimonia sine aliqua hesitatione recipi debeant: per ipsos enim locutus est spiritus sanctus sicut in simbolo canit ecclesia: tamen aliud si habes propheticum testimonium profertur: ut quasi in ore duorum firmitus appareat testimonium. **Magi.** Per Hieroniam: dicitur populo suo astrologiam interdixit capitulo decimo sic dicens: **Iuxta** veritas gentium nolite discere: et a signis celi nolite metere que timent gentes: quia leges populorum vane sunt: super quo loco diuus Hieronymus ait: **De** his loquitur qui a celestibus extimant regi humanum genus: et ex causis celestium terrena moderant.

Hieronymus

Hieronias

Hieronymus

Cur multi adhuc Astrologie fidem habent propter paucas experientias: et non potius respiciunt eam propter innumeras fallacias: etiam iuxta sancti Augustini sententiam instinctu demonum inductas. Et qualiter sanctus Sebastianus astrologiam confutandam docuit. Ca. XV. Magi.

Ueritamen qui astrologie calicem epotauere usque ad feces etiam ad hec respondent: non esse intelligendum nisi de his que astra colebant et ex his omnia necessitate quadam fieri credebant. **Disci.** Non morabit me hec callida glossula: cum apertissima sint doctorum et etiam domini verba. Quinimo si aliquid probabilitatis habere videret astrologia hec de qua loquimur: abicienda tamen esset: cum sanctis patribus/sacris canonibus et diuinis scripturis visa est ad minus vehementer suspecta. Non mediocriter etiam (ut ego quoque aliud addam) suspectam reddiderit astrologiam: que contra mathematicos sanctus Sebastianus miles christi integerrima fide coram **Croma-** tiano romane vrbis prefecto disserit/in integra ipsius legenda continetur. **Cu-** enim (quis omnibus simulacris in domo dicti prefecti per sanctum Sebastianum e sanctum polycarpum destructis) **Cromatinus** iuxta conductum sanctorum sanari a podagra non potuisset: donec et opus astronomicum (in quo omnis disciplina stellarum arte mechanica constructa erat) frangeret: patenter ostensum est artem istam deo esse odibilem. Unde et sanctus Polycarpus presbyter **Croma-** matto querenti: quid mali inesset/cum nullo ritu sacrificiorum hoc opus coleretur? Respondit. **Artem** hanc esse deo inimicam: et que in opere erant fabricata omnia ministeria esse false deceptis. **Sebastianus** quoque intulit omnia ista vanissima esse/et falsa christo reuelante cognouimus: que tibi nunc manifestius aperiemus. **Precepe** (inquit) hodie ad te marthesi doctorum ventres: cui dicas illo tempore asperis te casibus laborasse: et inquire per quas stellas hoc tibi euenerit malum: responsa eius erunt proculdubio: quod tempus tuum a malicio

Sancti Sebastiani confutatio contra astrologos.

Liber VII Trac. II

fo morte susceptum est: aut saturnus apostaticus siue retrogradus fuerit: et cetera que ibi leguntur. Age nunc (inquit rursus Sebastianus prefecto) interroga alterum mathematicū cui ipsas horas in bonis tibi exuberasse casibus dicas: illico videbis tibi eum rationabilia scemata infinita offerre: quibus approbat: quia in ipsis temporibus tibi euenire debuerint bona: que ante ille dixerat mala: et reulum etenim tenet ex omni parte collectum: in quo diuersas et varias causas accipit: ex quibus occasionem accipiet dicendi quod velit. Nec sanctus Sebastianus. Pretermitto qđ opponit ibidē: qualiter vno nauā fragio duo diuersis temporibus nati perire possunt. Similiter et in vno presilio innumerabilis multitudo prosterni: qui vtiq; eandem constellationem nō habuerunt. Et quidem homini christiano sola istec sufficere possunt ad confutandam vanorum astrologorum infantiam. Magister: Minirū sed nequeūt febre correpti de potus differētia sane iudicare. nec (vt Quintilianus ait) facile quid per suadetur inuitis: et vt sanctus Augustinus habet libro sexto de ciuitate dei capitulo primo. Minie stulticie vel p̄tinacie nulli quānticūq; numeri libri satis esse possunt. Et vt preuidit regius propheta: Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius: omnis sapiētia eorum deuorata est: et Apostolus: Euanuerunt in cogitationibus suis: et obscuratum est insipiens cor eorum: dicētes esse se esse sapientes stulti facti sunt. Discipulus. Quomodo autem non facile multam fidem astrologie habet qui iam dictas scripturas ignorat: et crebras experientias per hanc videt? Cum experientia sit efficax rerum magistratari arbitror: neminem: sed iste comparate erroribus quibus decipiuntur et alios fallunt quasi nulle videntur. Tanta autem (vt ita dicam) hereditaria quadam successione ab Eva omnium matre: que prima per curiositatis vitis decepta est: ad nos descendit leuitas/mira credendi facilitas/aut verius dixerim fatuitas: et p̄noscendi futura cupiditas: vt multo magis mathematicis imperitis credamus q̄ scripturis et doctoribus sanctis oppositum per suadentibus: si vel inter cētum errores vnum verum ab his coniecturatū magis q̄ ex constellatione p̄uisum euenire contingat. Unde accidit qđ ait Petrarcha: vt sine vlla suspitione libere mentiri possit: pro eo qui a semel potuere nō mentiri. De istis autem loquor qui quotāntis vaticinantur de illis euentibus qui ex causalitate celestium expectari (contradicente naturali ratione) minime possunt. Similiter et de his qui ex natalitatum consideratione ea que in domorum explanatione numerata sunt: et alia fere infinita de nascentibus augurari frustra conantur: de quibus et diuus Augustinus: vt supra tactum est in fine capituli septimi libro quinto de ciuitate contra astrologos disputationē suam concludendo ait: His omnibus consideratis nō immerito creditur: cum astrologi mirabiliter multa vera respondeant/oculto instinctu fieri spiritū non honorum: quorum cura est has falsas et noxias opiniones de astralibus satis inferere humanis mētibus atq; firmare: et non horoscopi notati et insperati aliqua arte/que nulla est. Idem dicit libro secūdo super Beneficium. ad litteram: vbi concludendo subiunxit. Quapropter bono christiano sine mathematici sine quilibet impte diuinantium/maxime dicentes vera cauendi sunt: ne consortio demoniorum animam deceptam pacto quodam societatis inreant. Nec tibi.

Quintilianus
Augustinus

Ps. cvj.
Roma. j.

De elect. c. q̄
li. vj.

Franciscus
Petrarcha

Augustinus

De Astrologia

Excusatio auctoris q̄ nō magis particula-
riter principia astronomie discussit. Et quāta
inter Astrologos diuersitas et contradictio
sit. Capitulum XVI Discipulus.

Msi epitomatis angustia uigeret / sermonē ab his ad alia que sup-
sunt cōuētere precibus repetitis pulsare: donec principalia astro-
logie rationibus et argumētis philosophicis cribares: ut sub pa-
leis si que solida latent grana apparent. Magister. Non dessem tibi nec
quidē in hoc: nisi ueridica relatione ante hos dies didicissem quendā comitē
Mirandulanū in philosophia eruditissimū duodecim (ut aiunt) libris diser-
tissimo stilo et efficacissimis medijs id perecesse. Venient hand dubium succes-
su tēporis lucubrations tam studiose conscripte ad manus tuas: quibus anti-
mū tuum oblectare simul et ueritatis agnitione firmare poteris: mihi satis
erit de hac re quēadmodum et de alijs maiorum nostrorū et patrum recte phi-
losophantium sententias cōmemorasse: quibus tamen astrologi trāsci nulla
recta ratione possunt. Ipsi em̄ priores astrologiā suspectam reddiderunt: oū
alter alterius dicta reprehendit et experientia aliud inuenisse testatur. Nam
in diuisione zodiaci in signa Ebaldei nominatissimi astrologi ab alijs dissens-
tunt: non signa duodecim: sed imagines undecim ponentes: nec eiusdē latitu-
dinis / nec longitudinis. Sed nec planetis domos assignant altitudines seu
exaltationes tū considerantes. Alij autem et si in signis gradusue diuisione
cōueniāt: in partitione tū domorū duodecim tantū pugnāt ut cui opintoni cō-
sentias nulla argumēti vis ostendat: nam plures gradus alij in illa / in altera
pauciores collocandas statuūt. Ita fit ut planeta qui ab alijs in prima domo
collocatur: ab alio in secunda vel duodecima positus inueniatur. Inde et aspe-
ctus domorū / dominationes ac cetera vires multipliciter variantur. Plane-
tam quippe quem in prima angulari domo fortem credunt: in duodecima vis-
ribus destitui uolunt. Et reuera mirum et philosophie contrarium: stellam
in quarta sub terra plus efficacie et influxus habere in nascentem q̄ supra fini-
torem collocata in undecima aut duodecima domo celi: quod nōnulli atten-
dentes cōmuni traditioni contradicunt: et stellas in domibus supra horizonta
fortiores credunt q̄ infra ipsum. Dicant si possunt / et rationabiliter dicant:
cur planeta circa finem noni domicilij nō tantum aut plus possit q̄ circa ter-
minum decimi vel in medio quarti. Expropter et ipsi fluctuant: nunc illam /
nunc aliam fortiozem predicant. Unde Ptolemeus aliquando undecimam Ptolemeus
domum orienti in fortitudine preponit: aliquando contrarium sentit. Me- Messabala
dium celi omnibus prefert. Messabala: et Aboasar orientem prelocant. Aboasar
sed de his satis: quantum in significationibus domorum dissentiant par-
tim tactum est cum easdem recitarem. In distributione autem facierum
et terminorum miro modo discordant: nec mirum: quando et in naturis
planetarum diuersa enunciant. Nonne uenerem Abenragel et Alchi- Abenragel
bicus frigidam estimant: regione Aboasar et Ptolemeus calidam ipsam Alchibicus
affirmant? In Mercurio non minus dissentiunt: et nec in luna quidem
nobis proxima conueniunt. Et si in qualitatibus huiuscemodi aber-
rent / danda est uenia: cum de bonitate aut malicia planetarum non

Extant istius
modi opera
Picti undecim
q̄ splendidis
sima.

Ptolemeus
Messabala
Aboasar

Abenragel
Alchibicus

Liber VII Tra. II

per omnia concordant. Super omnes autem ridendi sunt qui capiti & caude
draconis punctis pure imaginarijs efficaciam aliquam inesse credunt: ita ut
etiam annis nati aliquid addant. Quis preterea vnq̄ concordabit item que
adhuc sub iudice est: de radiationibus/directionibus & equationibus dierū?
De annis autem fridarijs ob nimiam dissonantiam piget vel modicum quid
dicere: attende queso in duobus pluribus pronosticis annuis quot errata/
quot contraria & pene nulla sine formidine de opposito enunciata: nōne fre-
quenter circa idem vacillant/cum dicunt mortalitatem vel bella ex malicia sa-
turni vel martis in aliquo domicilio significari: benignus iupiter forte mali-
ciam eorum mitigabit: ut quodcūq; euenerit id astrologū predictisse inuenias
Ita pariformiter cum pluriam venturam aliquo tempore pronunciant: fre-
quenter addūt aliorum planetarum radiationes: propter quas serenitas sal-
tem in aliquibus locis eueniet. Baro preterea de dño anni concordant. **Dis-**
scipulus. Omne autem regnum in se diuisum desolabitur: & domus supra do-
mum cadet: Dominus in euangelio testatur: sed forte contrarietatem in corū
libris esse negabūt? **Magister.** Qua fronte? Cum nulla tergiversatione id
celare possint: q̄n omni legēti appareat: adducere aut latius has aptissimas
vetat breuitas: sed lege dñi vacat libru Hali Abenragel de iudicijs: q̄ multoz
sentētias in vnū colligit: & Abraā de natiuitatib⁹ & ceteros q̄ in maximis p̄nci-
pijs huius artis precipuos auctores sepius falsa dixisse libera voce p̄dicant:
Ptolemeū scz Messahalam Albumasarā & plures alios. Figuras etiā quas
Albumasar in isagogis maioribus in singulis faciebus signozum ascendere
astruit: magis ridiculo q̄ veritati accedere idem Abraam dicit. Sed quid vi-
xi) lege: & non potius luridam hanc pestem omni tempore fuge: iuxta ea que
supra patrum auctoritate probata sunt. **Discipulus.** Miror ego vehemēter
si ipsi inter se diuersi sunt: & sanctis doctoribus canonibus & diuinis litteris
contrarij (ut dictum est) quomodo Lameracenſis eos cum theologia et hi-
storijs concordare potuit in libello quem de tali concordantia pretitulauit.
Magister. Estulus quidem libelli cōcordantiā sonat: ea vero que ab aucto-
re & in illo ac superaddito elucidario adducuntur/summā discordiam astro-
logozum inter se & a veritate historie ostendunt. **Discipulus.** Missa igit̄ hec
facientes/reliquis astrologie partes videamus.

Quarta Astrologie pars de interrogatio- nibus. Capitulum XVII **Magister.**

Astrologorum opinio est: cum animus hominis ad desiderium scē-
de alienius rei impedit: subito/nō electione & consultatione id fieri
sed influxu constellationis ea hora in celo consistentis. Unde si astro-
logum consulat: ex figura celi hora interrogationis reperta eandem astrolo-
gum de re quesita posse vera r̄spondere: videlicet si mortuus viuis/ne sit amicus
absens: si missus legatus saluus rediturus sit: & inuenturus aut expediturus
prosperē rem pro qua missus est: & innumera alia de quibus dubitare poterit
humana curiositas. **Discipulus.** Aliquādo ne vera interrogatibus respon-
dent? **Magister.** Etiam/quis sepius mentiantur: & quidem inaspabiliter
nam hie inuenerunt quo errores suos apud imperitos excusent. **Discipu-
lus.** Quo modo? **Magister.** Quia dicunt: si motu quodā naturali firmas
& radicali intentione astrologum dubius quis interrogat: ex natalicia con-

Dat. xij. b

**Hali
Abraam**

De Astrologia

Constellatione tam peruenisse ad id quod ipsa significabat. Unde constellatione interrogationis proportionabilem fieri natalicie constellationi affirmantur nisi hoc eueniat/attentionem interrogantis non radicalem neq; firmam fuisse/clamitat: ea propter si in responsis fallant atq; fallantur: non ex defectu artis/sed interrogantis leuitate prouenire excusant. Discipulus. Callida nimis/sed inefficax mendaciorum excusatio. Nam quid chaldeos astrologos morabatur qui regis Nabuchodonosor somnium questum nedum non dicere potuerit: verum nec culpam mortalium possibile esse dixerunt? Et quis diceret q; ex tam numerosa turba astrologorum prenotificationibus assidue vacantium regis natiuitatem nullus sciret: aut questionē tam studiose prepositam/animū regis tam conturbantem/non fuisse firmam et radicātā? Idem opponere possem de egyptiacis diuinatozib⁹: qui de somno Pharaonis similiter respondere non potuerunt. Daniel autem regi babilonie/et Joseph regi egypti non tam ad somnium/sed et interpretationē liquido responderunt: nō ex constellationū aliqua inspectione: sed dei omnipotentis reuelatione vt rextus sacre historie habet: quem nuper te iubente legi atq; relegi. Preterea si animū ad desiderium sciendi per stellares influxus per motum credunt: cur non magis obseruant constellationem et tempus quo questor desiderium tale concepit/q; et constellationem et horam qua preposita est questio? Nam si forte astrologum questurus tardius inueniat: constellationem et horoscopum utiq; variari necesse est. Unde hanc astrologie partem cum ea que de natiuitatibus diuinat confutandā execrandāq; existimo: a ceteris fidelium exustandos qui sibipsis usurpant quod solius dei esse diuine littere sonat: vt est illud: Tu solus nosti corda filiorum hominū. Magister. Nec preter illum nouit quisq; quid in homine: nō angelus bonus vel malus: nisi solus spiritus hominis qui est in ipso. Discipulus. Relegata igitur hac ipsa stulticia ad reliqua pergamus.

Danielis. v.

Genes. xli.

1. Corinth. ij.

Electio temporū ad initianda diuersa opera sub certis constellationibus: in parte conceditur ab Augustino et medicine diuersis auctoribus. **Capitulū XVIII Magister**

Que sequitur astrologie pars/eligere docet diem et horam omni operi quod facere libet conuenientem: quando se; sit bonum seminare/plantare: ligna pro fabrica excidere ne teredine perforētur et carie tabescāt: sanguinē mungere: membra sanandi gratia incidere: medicinam ab intra recipere: castra/ciuitates et domos fundare: exercitum educere: hostib⁹ occurrere: uxorem ducere: emere/ vendere: nouas vestes induere: vindemiarē vt vinum in pace bibatur: opus alchimie inchoare: ad studium pueros applicare: locum mutare: iter arripere per terram et aquam: societatem inire: cum cuiusuis status et dignitatis hominibus loqui et negocia tractare: balneum intrare: nuncios mittere: seruos conducere: ad venandum in silua aut similibus exire: et his similia que nunc memorie minime occurrunt: sed in libro Hallbe iudicij videri possunt: vbi: singulis constellationes suas assignat. Discipulus. Pretermisimus est vni iudicio meo plus ceteris necessarium: si nō

Liber VII Trac. II

datur regula eligendi horam et constellationem fortunatam/sub qua bene et feliciter contingat mori: penas infernales euadere: et celos sidereos omnes transcendere. Magister. Tu eos irrides qui tanto studio que commemorata sunt inuestigant? Discipulus. Et Augustinum Ianuario scripsisse paulo ante dicebas esse mathematicorum deliramenta cum detestatione irridenda.

Lib. 5. de ciuit. dei ca. 6.

Augustinus

Genes. j. b

Alchibicicus
Auenozra
Abozar

Ineiso vene
luna plena

Magister. Non inficio: sed si recordaris/etiam dictum est ab eodem sancto presule: non vsquequaque absurde dici potest/ad solas corporum differentias affatus quosdam valere sidereos. Quid autem magis corporale in actionibus quam agriculturam exercere: ligna dum nodum superfluo humore abundant in edificia prescindere: sananda corporibus corporalibus rebus mederi? Alludit istis quod idem ad Ianuarium scribens: Non autem dicit/quis quod sapiens arbitretur obseruatores temporum reprehendendos: qui dicunt: non proficiscar hodie/ quia tempestas exorta est etc. vel si qui forte alij naturales effectus circa motum aeris et humoris/ad variandas temporum qualitates ex siderum ordinatissima conuersione notati sunt: de quibus dictum est cum conderent/ ut sint in signa et tempora/dies et annos. Discipulus. Plane ita litera sacra habet. Unde autem demonstrabis quod signa alia/alias corporis partes sibi vendicant: planete quoque (ut paulo ante dictum est) in diuersis signis non eadem membra respectant? Magister. Demonstrat si possunt quorum hec dogmata sunt: ego vero nihil naturale/nihil philosophicum/nihil denique rationi consentaneum et in his distributionibus et astrologorum argumentis comperi. Quinimo et ipsos auctores precipuos in assignatione huiusmodi/quoadmodum et ferme in omnibus non mediocre digladiari inueni. Nam ut exempli causa vnum commemorare: quid pugnatius dici posset quam testes seu pudenda virgini assignari: ut Alchibicicus: aut sagittario: ut Auenozra: aut scorpionis: ut Abozar? Piger plura alia enumerare. Discipulus. Pigebit et me in prescriptis operationibus agriculture/medicinis et similibus signa aliqua etiam ascendentia seu orientia/aut planetarum dominia: preter solis et lune lumina et affatus obseruare. Cum autem luminaribus incrementis humores augeantur/minutiones seu siccitatis luna plena fieri/videtur forte ratione naturali magis accedere: nisi obset quod vulnerato membro/abundantia humoris erudi solet dolorem vel tumorem vel causare vel augmentare. Sed hactenus de illis: videamus et reliqua.

Eligere diem ad initianda coniugia comertia et his similia impium est et a fide apostatare probat auctoritate sancti Augustini et iuris canonici. Et irridetur curiosi astrologi.

Capitulum XIX Magister.

Augustinus

In alijs que in sortem electionum recipiunt astrologi: videlicet ducere uxorem/emere/vendere:cuiuscumque generis comertia facere etc. constellationes aliquas obseruare ratio naturalis non admittit. Et diuus Augustinus libro quinto de ciuitate dei capitulo septimo irridet dicens: Quis sciam singulariter: eligitur dies ut ducatur uxor etc. Et sermone lxxij. Omnia inquit corda fidelium non dubitant: nullis mundi partibus/nullisque temporibus

De Astrologia

Das providentiam abesse divinam: nec de stellarum potestate que nulla est so-
lularium negotiorum pendere profectus: sed equissimo et clementissimo sum-
mi regis arbitrio cuncta disponi. Concordat quod idem dicit libro tertio de
trinitate capitulo quarto. Et ad Januarium ait: Non itaq; dies obseruemus
et annos et menses et tempora: ne audiamus ab apostolo: Timeo ne forte sine
causa laborauerim in vobis. Eos enim incusat qui dicunt: Non proficiam/
quia posterus dies: aut quia luna sic fertur: vel proficiam ut prospera cedat:
quia ita se habet positio siderum: non agam hoc mense commercium: quia illa
stella mihi agit mensem: vel agam: quia suscepit mensem etc. Sacri insuper
canones temporum obseruantias pro his effectibus inbibet. vicesima sexta que
stione. 7. ca. licet. ca. Non obseruetis (inquit Augustinus) dies qui dicunt egypti
primitiis: aut Kalendas Januarij: aut aliquot menses aut tempora: aut dies: aut
annos: aut lune solisque cursum pro domo facienda aut propter coniugia copu-
landa: qui autem talibus credunt: ad eorum domum euntes: aut suis domibus
introducunt et interrogant: sciant se fidem christianam et baptismum preuari-
casse: et paganum et apostatam hoc est retro abeuntem et vel inimicum/iram
dei grauitate in eternum incurrisse: nisi ecclesiastica penitentia emendatus deo
reconcilietur. Nec ibi. Pretermittis illis que ad sequentia deseruiunt: et capitulo
sequenti quod sumptum est ex Enebiridion sancti Augustini capitulo. 78.
et ex commentarijs eiusdem super epistola ad Salathas/ graue peccatum ostendit
obseruare tempora in fine et supra expositum. Quod autem ca. non liceat
26. questione quinta. prohibet obseruare cursum lune et stellarum/ etiam pro-
pter segetes vel arbores plantandas: intelligendum existimant de illis qui
hec colunt: credentes aliquid diuini numinis inesse talibus. Preter hos dis-
citur Augustinus libro quinto de ciuitate dei capitulo septimo: etiam illos tri-
stiter/ qui eligunt dies accomodatos ponendis vitibus vel arboribus vel ses-
getibus: credentes particulatim positiones siderum illis influere: iuxta omnia
que de natiuitatibus hominum obseruant. Hoc enim inquit quod falsum sit ex
eo patet: quod tam multa grana in terram simul veniunt/ simul germinant et ex-
orta segete/ simul herbescunt/ pubescunt/ flouescunt: et tamen inde spicas ce-
teris coeuas: atque ut ita dixerim congerminales alias rubigo interimit: alias
aues depopulantur: alias homines auellunt. Hoc autem nequaquam fieret/
si eadem constellatio sub qua seminantur/ etiam quantum ad euentus sal-
uationis aut consumptionis influeret: quemadmodum de hominibus iu-
dicant eorum inspectis natiuitatibus. Nec enim initiales constellationes
nascensibus hominibus tantum esse signa et causas futurorum credunt:
sed etiam plantis brutis et rebus inanimatis: vt puta fundandis castris/ ci-
uitatibus et domibus et cetera. Discipulus. Si ita sentiunt: dicant quid cau-
sa est quod de eodem boue homines/ canes/ aues/ reges et pauperes/ nobiles et
populares comedunt. De eodem quoque vino similiter diuersi homines bibunt
et de eodem frumento pascuntur etc. Si hec ex initiali sidere habent quod aut a
bestijs deuorentur/ aut igne vel aqua intereant aut in regios tamen cibos ve-
niunt: iuxta ea que de natiuitatibus hominum ventura autumant? Magister.
Respondent proculdubio aliquid: ne victi videantur ab adolescente
si hec et similia ipsi obieceris: nos interim que restant percurramus. Dis-
cipulus. Probe.

Salathas. 4. b

Augustinus
Canonica in-
bibitio.

Constellatio
vulgaris

Liber VII Tra. II

De fabrica imaginū astronomicarū: et necromanticarū q̄liter aut ad q̄d valeāt: et q̄ nullā vim a cōstellatiōe habēt: s; circa eos demon opatur. fiunt aut sub constellatione: vt impietas idololatrie magis occultetur. Deflentur et astrologi miseri qui nesciunt sui misereri.

Capitulum XX Magister.

Astrologorū
vanitates cir-
ca imagines

Sctūs Tho-
mas
Guilhelmus
Auerrois

Pacta demo-
num

Astrologie vltima pars (iuxta p̄libatā diuisione) de imaginū astro-
nomicarū fabrica est: inquantū sub certis constellationibus sculpū-
tur aut funduntur/vel ad fugandum nocia/vel allicendum et pro-
mouendum vtilia et concupita: nam in varios vsos ordinant. Alique in qua-
rundam rerum destructionē: vt si scorpiones a loco amouere cupiant/figuram
scorpionis certe materie sculptura aut fusione imprimunt sub constellatione
cōuenienti: et nomen effectū significās nomen rei fusande/et nomen signi ascē-
dentis et eiusdē diuersis partibus imaginis inscribunt: cum quibusdam alijs
obseruantijs: quas cū modo totius operationis silentio libet transire. Pro ef-
fectu cōtrario contrariā constellationē et operationē obseruādā tradūt. Sicut
in imaginib; q̄ ad amorē et inimicitā/et ad sanitatē aut infirmitatē iducēdas
fiunt/aut ad alios effectus consequendos ordinantur. Disci. Aliquādo ne-
per huiusmodi imagines concupiti effectus causant. Magister. Effectus
intentos multoties ad talis imaginū multiplicationē secutos fuisse/ experi-
tia multos edocuit: et heu miserabiliter decepit. Non enim hi sunt virtute ima-
ginis a constellationibus recepta: sed operatione demonū: vt manifeste testa-
tur sanctus Thomas secūda secūda q̄ 97. arti. 2. in solutione secūdi argumē-
ti: et in libro de occultis operibus nature. Et contra gentiles lib. 3. ca. 103. et ve-
nerabilis antistes Guilhelmus libro de fide et legib;. Auerrois quoq; aduer-
sus Algazelem scribens huiusmodi imagines prorsus inefficaces assertit.
Nam artificialia inquantū huiusmodi nec celestē influxū recipiunt: nec ali-
cuius opationis naturalis per se causa sunt: sicut patet ex naturalibus et quā-
titas de genere actiuorū nō est: imago igit̄ ex quacūq; materia fabricata/ sub
quibusuis constellationibus nihil amplius de virtute celesti accipit q̄ massa
nō effigiata ex qua imago fit: nec nomina que inscribuntur vtutem aliquam
habēt: vt in sequētibus patebit. Similiter q̄ imagines sepeliunt in medio lo-
ci in quo operatio eorum expectat/ actioni naturali contraria: quia actiua et
passiua applicata fortius agunt et patiunt. Sanitatem maiorē indicant ob-
seruantie cetera que in illis obseruant: vt cum sinistra manu quedam nomina
inscribunt: imaginū quedā supine sepeliunt: alie sursum erectis pedibus capi-
te deflectuntur: que omnia (vti ex doctoribus ante cōmemoratis patet) signa
magis sunt occulti pacti initi cum demonibus ab his qui talibus vtuntur/ q̄
cause ad effectum naturaliter concurrēt. Sicut in imaginibus necromanti-
cis angelorū/ aut potius demoniorum inscriptio: et aliorum nominum et chara-
cterum ignotozū. Insuper diuersarū suffumigationū/ inuocantiū quoq; vsus
signa sunt manifesti pacti cum demonibus. In hoc enim differre dicit scētūs

De Astrologia

Thomas secunda secunde. q. 96. arti. 2. imagines astronomicas a Necromā-
ticis. In vtriusq; aut tempora obseruant et constellationes certe. Disci. Sed
frustra: si imaginibus expectatā virtutem non influunt. Magi. Sed vt ta-
li fūco demonis confortiū et idolatrie impietas magis occultet: vnde ppter
manifestas impietates que in execratione imaginū Necromanticarū fiunt/
propemodum omnes: non solum christiani/ sed altarum factionum prudenti-
ores abhominant easdem: astrologicas vero cum nec incognita nomina ha-
beant/ suffumigationes nō requirant: sed a solo celestiu influxu efficacā sor-
titi videant: pleriq; etiam christiani amplectunt: et eo infelicius errāt/ quan-
tō minus diabolicas versutias nephando operi adesse suspicantur. **Dimisit** **Ps. lxxx.**
enim eos deus (vt David cecinit) fm desideria cordis eorū: ibunt in aduentū
onibus suis. **Disci.** Heu quanta impietas sub vmbra astrologie latitat. **Miseria**
reor: secute huic miserrime: que sui nescit misereri. et dum alijs ad salutē et bonā astrologie
na euentura predicere frustra laborat: ipsa elephātino morbo tabescens/ can-
erum quoq; vsq; ad interiora anime sue serpere sinit. **Mag.** Hō modo ima-
ginum impietas astrologie vim faciens/ sub vmbra eius se occultat: sed om-
nis pene superstitionis infelix soboles sub alas ipsius cōsugit: dum superua-
cua tpa impie obseruat. **Disci.** Obsecro/ graueris minime infelicē super-
stitionis genealogiam nominatim texere: vt completius videam mala qui-
bus curiosi astrologi participāt. **Luriosos** illos aio. qui ex astroz influxu ef-
fectus expectant: quos ratio naturalis ex illis prouenire non posse conuincit
et scriptura sacra detestatur.

De triplici superstitionis filia. et qualiter diabolus inuentor illius diuersis temporib? genus humanum per illas decepit. Ca- pitulum XXI Magister

Superstitio vitū est religioni oppositū per excessum. cuius vt ex di-
no Aug. li. 2. de doctrina christiana patet triplex est filia. Idolatria Augustinus
scz/ diuinatio/ et superuacua obseruātia. atq; enim: Superstitiosum Superstitio
est q̄cquid institutū est ab hoīb? ad faciendā vel colendā idola) ecce idola- triplex
tria) vel ad psolationes et pacta. quedā significationū cū demonib? placita
atq; federata: qualia sunt molimina magicarū artū (ecce diuinatio) et infra.
Ad hoc genus ptinent oēs ligature atq; remedia que medicorū q̄q; disciplina
condemnat: siue in p̄cantatiōib?/ siue in q̄busdā notis quas characteres vo-
cant: siue in q̄busdam rebus suspendendis atq; ligandis vel etiā saltandis.
c. 26. q. 2. c. Illud. (ecce vana obseruātia) Diabolus q̄ppe/ cuius supbia ce-
lum ferre nō potuit: diuini honoris percupidus/ et homini qui in locū vnde
ipse cū angelis suis apostaticis ceciderat sublimandus erat/ inuidens: multi-
plex superstitionis genus mortales docuit. sicut scriptum est: Inuidia diaboli **Sap. 2.**
mors intravit in orbē terrarū. **Primos** eq̄dē parentes p̄ diuinationē aggress-
sus est: dū ipse scientiā boni et mali esu pomi vetiti. **pmisit.** Post lapsum ge-
neris humani ferme totū orbē idolatria deprauauit. **denyptis** pauels ad ciui-
tate dei prinētibus ciuibus. in statu quippe innocentie. **ptoplasti** insti/ idola-
trie facile nō p̄sensissent: sed dolum statim notassent. **Post** lapsum vero eorū
Alij peccatis obcecati/ hanc mtra fallacitate amplexi sunt: et firmissime te-

merunt. Sed cū hanc multiplex pphetarū scriptura et enāgelica doctrina tandem a cordibus credentiū hoīm eradicauerūt / docuit eos veras et supstī ciosas obseruantias: tanq̄ de falsitate minus suspectas. Et istis heu delecta diliter assensū sunt: et ita firmiter tenent: vt quotidianis sacerdotum clamoribus et ad monitionibus radicibus extingui in christians non possint. Et autem tibi morem geram: viperinā earundem sobolem breui ac plano sermone explicabo. Prīmū vero nō de diuinatione que origene videt̄ prior s; de idola tria / que est in vitiositate crudelior exordiar. Dis. Perpulchre.

De Idolatria et triplici secta gentilium. de adoratione creaturaz. et q̄liter christiani imagines adorāt christi et sctoꝝ: cū distinctiōe triplicis adorationis. Capitulu. XXII. Ada.

Idolatria
Idola

Idolatria dicta est quasi latria. i. diuinus cultus idolis exhibitus. Idola aut sunt statue et imagines quas tali honore gentilitas venerabat: credens aliqd̄ diuinitatis inesse illis: ppter responsa et mirabiles ac vitales operationes quas demon inhabitās siue assistens opabat. sicut fuit statue Hermetis trimegisti. q̄ mercurius dicitur est: in quibus credebant arte quadam sub certis stellationibus aīas demonū vel angeloz includi. De q̄bus diuus Augustinus li. 8. de ciuit. ca. 23. et seq. mentionē facit: easq̄ reprobat. Hec em̄ naturalis philosophus pcederet q̄ scūq̄ spiritus artificialia corpora posse vegetare et substātaliter informare. Anima em̄ vt Aristo. tradidit / actus est corporis physici. i. naturalis / nō artificialis. q̄ si nō de informacione / sed inhabitatiōe senserūt quasi spiritus rebus q̄busdam et arte alligati statuis assisterent / eque errauerūt. Non em̄ possunt hoīes p quascunq̄ res lapides / herbas / verba aut stellationes spiritū compellere bonū vel malū. vt vocatus veniat et idolum inhabitet. vt patebit in sequentibus. quoniā corporalia in incorporea agere naturali ordine non possunt. Fuere preter hos ex gentibus: qui nō statuis et imaginibus latriā exhibebāt quasi dijs / sed rebus creatis: quas deificatas credebant propter aliquā virtutem aut facinoꝝ magnitudinē: quas statue representabāt. vt puta Joui / Mercuri / Veneri et reliquis huius generis portentis. Multiplicitatē ac vanitatē oīm talium deoz sanctus Augustinus fere per decē primos libros de ciuitate dei eliminat. De q̄bus et psalinista dicit: Omnes dij gentium demonia. et iterū. Simulacra gentiū argentum et aurū / opera manuū hoīm: os habent et nō loquunt: oculos habent et nō videbunt: aures habent et nō audient: manus habent et nō palpabunt: pedes habent et nō ambulabunt: nares habent et non odorabūt: non clamabunt in gutture suo. Responsa aut et cetera que circa illa fiebant / demones operabant. Non deerant preterea qui omnes mūdi partes diuino honore dignos existimabant: propter animā mundi per omnes partes eius diffusam: quam deū credebant. Sic a diuersis mundi partibus et proprietatibus deozū nomina multiplicabāt. de quibus diffuse Augustinus tractat in de ciuitate dei lib. 7. Leteri vt Platonici vnum summū deum consistentes ac honorātes / intelligentias tamen siue angelos celestium corporū animas ac demones / quos aerea dicebant esse animalia: et animas hominū ad ordinē diestozū relatas / a diuino cultu non segregabant. Illorum errores sanct⁹ Au

Augustinus

Aristoteles.

Augustinus
Ps. xlvj.
Psal. 134.
Psal. 113.

Augustinus
Platonici.

minibus futura plectant. Effectus autē q̄ ex suis causis ex necessitate pueniunt (nisi specialiter a deo suspendant) certitudinaliter iuxta naturalē cursum predicti p̄t. sicut eclipses solis et lune. et effectus qui ex suis causis vt in pluribus pueniūt p̄dici p̄t. quadā pbabili plectura. sicut pluuie et tēpestates per astrologos et nautas: sanitas aut mors p̄ medicos. nec hoc ad diuinationis impietate p̄tinet. vt declarat. s. Thomas. secūda secūde. q. 95. art. 1. Similiter p̄phete p̄dicentes futura p̄tingētia deo reuelāte: nō diuinant / sed p̄phetant: qd̄ malum nō est. Diuinatio autē vt Hieronym⁹ testat sup̄ Micheā. 2. c. Iudices. 1. q. 1. semper in malam partē sumit: q̄ in ea semper interuenit operatio demonū. Querere autē p̄siliū vel auxiliū a diabolo malum magnū esse declarat. s. Bonauentura lib. 2. dif. 7. q. vltima. **Dis.** Sobolem itaq̄ quam hec superstitionis filia ex diabolo cōcipit et generat / enumera queso. **Magister.** Diuinatio superstitionis filia demoni copulatur aut per inuocationem ipsius expressam / aut occultā. **Dis.** Quomodo per expressam? **Magister.** Mouerunt hoc Necromantia qui execrabilibus suis exorcismis et cōiuratiōibus / characteribus et figuris / et diuersis ceremonijs aut verius sacrificijs / demones certis temporibus ad vanda responsa aduocāt: qui et varijs modis cōparent / aut diuersis formis prestigiosis / occultorū sensus p̄stringentes (et dicitur prestigij) aut in somnijs apparentes. et diuinatio dicitur per somnia. Respondet etiam per arrepticios et phytomas. et dicitur phytomia. Nonnunq̄ ad quod vocant̄ p̄nunciant diuersis figuris: quas inferi boies videre solent. vel in polito lapide / ferro / chalybe / speculo aut vngue hominis. et frequenter ad videndum talia eiigunt virgines et pueros. et dicitur generali nomine Scromācia / quod est diuinatio: quasi diuinatio in terreno corpore. Si autē apparitiones he sunt in aqua: dicitur Hydromācia. hydor enim grece / latine aquā significat. Si apparitiones huiusmodi sunt in aere: dicit̄ Aeromācia. Si in igne: nominat̄ Pyromācia: a pyr / quod ignē latine sonat. Si in visceribus animalis in aris demonum immolatorū apparent predicta: dicitur Eruspiciū. Si autem incantationibus vident̄ mortui suscitari et respondere ad interrogata: dicitur Necromācia. necros enim mortuus sonat latine. In hac pessima superstitione etiam sanguis adhibet̄: inquit Isidorus. nam demones amare et diligere sanguinē alunt: nimirū q̄ diuinum appetunt honorē. In lege autem sanguis deo frequenter offerebat̄. Ab hac specie totū illud diuinationis genus / quod expressa inuocatione demonum fit: generali nomine Necromācia dicitur. In omnibus his solent̄ processus constellationum obseruantias nō negligit: Quis interdum sine tali fiant.

De Augurio et sortilegio et speciebus earundem. Capitulum. XXIII. Magi.

Thomas **O** diuinatio autē que fit absq̄ expressa inuocatione demonū fm̄ sc̄m Thomam secūda secūde questione nonagesima quinta articulo tertio in duo genera diuiditur. Prīmū est: cum ad pronoscendum futurū aliquid consideratur in dispositionibus aliquarū altarū rerum. Alter est: quod p̄cedit ex cōsideratione eorū que eueniunt ex q̄busdā que serio sūt / ad aliquod occultū inquirendum. Prīmū generali nomine auguriū dicitur. Secundum Sortilegium appellatur. vtriusque sunt species seu site multe.

De Astrologia

Dis. Augurij ille que sunt? **Mag.** Prima est astrologia: que ex dispositio-
ne sideru in hora natiuitatis futuros nati euentus iudicat. Secunda est au-
gurij specialiter acceptu: quod ex garritu auu et uoibus quoruq; ani-
malu siue per sternutationes hominu futura pronosticat. Tertia est Auspi-
cium ex motu aut volatu auu aut quoruq; libet animalu / vel saltu membroru
pictans per visum hoc quod augurij per auditu. Quarta. Omen dicit: qd
fit dum uerba hominu absq; intentione dicta / quis retorquet ad futuru quod
uult pronosticare. Quinta est Chiromancia: ex lineis manuum futura predi-
cens. Chir enim grece latine manus dicitur. Sexta est Spatulmancia ex fi-
gnis et figuris in spatulis animalu consideratis / contingentia augurians.
Operosum esset singularu exempla et modos describere. **Di.** Pretermissis
talibus / sortilegi filias edissere. **Mag.** Sois fit aut protrahendo incerti
numeri puncta uersa facie ad lunam / cu ceteris obseruantijs: ex quorum pun-
ctorum collectione statuunt quatuor figure: quas matres uocant: e quibus ali-
as non paucas eliciunt: et nominibus planetaru / signoru et domoru etc. no-
minant aspectus earundem: et ceteras habitudines quemadmodum in figu-
ra celi considerat. Sunt enim / dum homo ex desiderio inquirendi futura / pun-
cta signat: iam ex constellatione natiuitatis sue ad hoc peruenit / ut uis celi
manu suam dirigat / quo nec plura nec pauciora puncta faciat q ad iudiciu
intentum sufficiant. diuination hec Heomancia dicit: differens ab ea qua pau-
lo ante inter Necromantie species comemorauimus. Illa enim apparitioes
factas in corporibus politis et terreis considerat: hec puncta signata in ter-
ra et lapide uel tabula pensat: et propter nimita propinquitatem ad astrolo-
giam multos decipit: immo nonnullos sacerdotali corona insignitos obceca-
uit. Sit et sois ex consideratione figurarum que proueniunt / si liquefactum
plumbum in aquam fundit: si festuce ineqiales a sortilegi rollunt. si charte
scripte et uacue fortitru ex olla leuant. si in proiectis taxillis puncta conside-
rantur. si in apertione libelli alicuius quod primu occurrerit pro re dubia at-
tenditur. si attractu ferri candentis / aut duello innocenti alicuius probatur.
Ampliore deductione illarum diuinationu in aliud tempus referuo. De ob-
seruantia nunc loquamur.

Qdemones rebus aut uerbis a necroman-
ticis cogi nequeunt: sed a solo deo: angelis:
sanctis et hominibus iustis uirtute diuina:
sed uocati a Necromanticis ueniunt propter
initum pactum. **Cap. XXV. Disci.**

Qntinue paulisper calamus ab exaratione obseruantiarum: donec
que dubia uidetur circa diuinatione et eius prolem paulo latius re-
soluas. **Magister.** Triduum totum non sufficet si omnibus que
circa dicta queri possunt respondere tentauero. **Discipulus.** Non omnia:
sed pauciora de his mouebo: tu fac ne copiosior sis in respondendo. **Primu**
quod animum meum inno daut: si demones necromantie exorcismis aut
ceteris rebus quibus utuntur coartari possint: ut etiam inuiti compareant?
Magister. Multis dubis obscuritas qd explanatione multa egeat. sufficere

Astrologia
Augurium

Auspicium

Omen

Chiromancia.
Spatulmancia

Sortilegium.

Heomancia

Ille sortile-
gij species

Liber VII Tracta. II

Necromantici tñ poterit ad presens responsio negativa/qua. s. Thomas dat in. q. disputa. exorcismis de tis de po. del. q. 6. art. 20. Cū enim incorporee substatie sint/corporeis rebus mones nō co- subdunt minime. vt deducti posset ex naturali philosophia. nec (vt diuus Au- artantur. gu. dicit lib. 12. super Hen. ad literam) corpora in spiritus agūt. Et de demo- ne ad Job dñs dixit: Non est potestas super terrā que ei compateret: qui sa- ctus est vt nullum timeat. **Disci.** Vocati igit sponte sua veniunt? **Magi.** Nō oportet: nam etsi terrena potestas dñari illis nequeat/ virtute tñ diuina cogunt. vt ait sanctus Thomas vbi supra: qñq; quidem ab ipso deo/ qñq; ve- ro a sanctis et angelis et hoībus virtute diuina. Et Aug. lib. 5. de trini. c. 4. ait: Spiritus vite rationalis desertor: atq; peccator: per spiritū vite rationis lem plū et iustum regitur. **Disi** aut et iusti sunt sancti et angeli et homines.

Thomas Job. xij. **Disi.** Vocati igit sponte sua veniunt? **Magi.** Nō oportet: nam etsi terrena potestas dñari illis nequeat/ virtute tñ diuina cogunt. vt ait sanctus Thomas vbi supra: qñq; quidem ab ipso deo/ qñq; ve- ro a sanctis et angelis et hoībus virtute diuina. Et Aug. lib. 5. de trini. c. 4. ait: Spiritus vite rationalis desertor: atq; peccator: per spiritū vite rationis lem plū et iustum regitur. **Disi** aut et iusti sunt sancti et angeli et homines.

Augustinus **Disi.** Vocati igit sponte sua veniunt? **Magi.** Nō oportet: nam etsi terrena potestas dñari illis nequeat/ virtute tñ diuina cogunt. vt ait sanctus Thomas vbi supra: qñq; quidem ab ipso deo/ qñq; ve- ro a sanctis et angelis et hoībus virtute diuina. Et Aug. lib. 5. de trini. c. 4. ait: Spiritus vite rationalis desertor: atq; peccator: per spiritū vite rationis lem plū et iustum regitur. **Disi** aut et iusti sunt sancti et angeli et homines.

P̄s. cxliij. Scriptū est aut: q; voluntatē timentū se faciet deus. Cogunt deniq; demo- nes inferiores per superiores. ait sanctus Thomas. et hoc arte magica. **Di.** Quō autē superiores inducunt aut cogunt vt inferioribus precipiant/ aut ipsi compareant: cū res necromantice in ipsos actionē et virtutem non habe- ant? **Mag.** Meminisse oportet: q; in diuinatione pactū interuenit inter di- uinos et ipsos demones: manifestum/ aut occultum. vt premissum est. **Disi** es pactū interue- nit manifestū.

In diuinando necromantici libros sue sacrilege artis demonibus p̄secrandos tradunt: maxi- me aut p̄ncipibus: quorum noīa etiam frequenter ponūt. Hoc aut quid ali- ud est q̄ manifestum inire pactū cum demonibus: vt approbatis exorcismis/ characteribus et alijs/ quoties inuocant per huiusmodi iniri pacti signa re- cognoscant et mittant aut veniant. Unde vt vīm illis inesse maiorē ostendat fingunt se nonnunq; inuitissime aduentare. **Disi.** Cur itaq; nō semper vo- cati veniunt? **Mag.** Aut quia a deo non permittunt. Illi enim (vt Aug. dī- cit lib. 2. de ciui. del. c. 22) non oīa que volunt facere p̄nt: nisi quantum illius or- dinatione sinunt/ cuius plene iudicia nemo cōprehendit: nemo reprehēdit iu- ste. Ad idem loquit de trini. li. 3. c. 7. et. 9. et libro octogintatriū questione septuagesimanona. Vel magis attentū in ceremonijs reddant in- cantantē: quasi in aliquo defecerit. Vel etiā vt miseris turpiter illudant. Est enim diabolus mendax et pater eius. Nec minus periculum est si occultū de- monis pactum interueniat. sicut in illis qui talibus vtunt: transcribunt/ aut quopiam alio tradente discunt. Inmiscet se nihilominus demō astutus alijs rebus et curiosis obseruantijs: super quibus nulli vūq; pepigit. de quibus mor tractabimus.

Augustinus **Disi.** Cur itaq; nō semper vo- cati veniunt? **Mag.** Aut quia a deo non permittunt. Illi enim (vt Aug. dī- cit lib. 2. de ciui. del. c. 22) non oīa que volunt facere p̄nt: nisi quantum illius or- dinatione sinunt/ cuius plene iudicia nemo cōprehendit: nemo reprehēdit iu- ste. Ad idem loquit de trini. li. 3. c. 7. et. 9. et libro octogintatriū questione septuagesimanona. Vel magis attentū in- cantantē: quasi in aliquo defecerit. Vel etiā vt miseris turpiter illudant. Est enim diabolus mendax et pater eius. Nec minus periculum est si occultū de- monis pactum interueniat. sicut in illis qui talibus vtunt: transcribunt/ aut quopiam alio tradente discunt. Inmiscet se nihilominus demō astutus alijs rebus et curiosis obseruantijs: super quibus nulli vūq; pepigit. de quibus mor tractabimus.

Job. viij. f. **Disi.** Cur itaq; nō semper vo- cati veniunt? **Mag.** Aut quia a deo non permittunt. Illi enim (vt Aug. dī- cit lib. 2. de ciui. del. c. 22) non oīa que volunt facere p̄nt: nisi quantum illius or- dinatione sinunt/ cuius plene iudicia nemo cōprehendit: nemo reprehēdit iu- ste. Ad idem loquit de trini. li. 3. c. 7. et. 9. et libro octogintatriū questione septuagesimanona. Vel magis attentū in- cantantē: quasi in aliquo defecerit. Vel etiā vt miseris turpiter illudant. Est enim diabolus mendax et pater eius. Nec minus periculum est si occultū de- monis pactum interueniat. sicut in illis qui talibus vtunt: transcribunt/ aut quopiam alio tradente discunt. Inmiscet se nihilominus demō astutus alijs rebus et curiosis obseruantijs: super quibus nulli vūq; pepigit. de quibus mor tractabimus.

Res corporales quib⁹ necromantici vtuntur
q̄uis demones nō cogant: alliciunt tñ vt si-
gna federate societatis. Redditur etiā causa
cur sub certis constellatiōibus. nocturnis ho-
ris. locis horribilibus. pueris. virginib⁹ ma-
gis ille apparitiones fiūt. Ca. XXVI. Di.

Quō demōes **R**es itaq; quibus necromantici vtunt/ nulla vi cogunt demones: sed alliciunt reb⁹ magis vt signa federis alliciunt. **Magi.** Ita diuus pater Aug. li. 21. de ciui. c. 6. sentit dicens: Alliciuntur aut demones ad inhabitā- dum p̄r creaturas/ quas nō ipsi sed deus condidit: delectabilis pro sua di-

De Astrologia

neritate diuersis: nō vt animalia cibis / sed vt spiritus signis: que culuscunq;
delectationi congrunt: p̄ varia genera lapidum / herbarū / lignoz / animalū
carminū et ritū. **Dis.** Sed quis nouit quibus delectent? **Magi.** Audi
Augustinū in eodem loco. Et aut alluciantur (ait) ab hominib⁹ / prius eos
ipsi astutissima calliditate seducūt: vel ispirādo eoz cordib⁹ virus oculū
vel etiā fallacibus anicitijs apparendo: eozūq; panes discipulos suos faci
unt / plurimozūq; doctores. Nec enim potuit nisi primū ipsis docētib⁹ disci
quid quisq; illozū apperet: quid exhorreat: quo inuitet numine vel cogatur.
vñ magice artes earūq; artifices extiterunt. Addere potes quā sanct⁹ Tho
mas ponit rationē: q; per hmoi res corporales scitū facilius posse complere
effectū ad quem inuocant: et hoc ipsi appetunt: vt sc; eozū virtus admirabi
lis habeat: et ppter hoc sub certa constellatione aduocati magis adueniūt.
Dis. Virgines aut et innocentes pueros / cur magis ad visiones eligunt?
Mag. Et ex hoc in sue diuinitatis opinione homines adducant / quasi mun
diciam ament: ait. s. Thomas. Accedit q; prestigia et fascinoes illustio
nesq; propter organozū ac spirituum teneritudinē facili⁹ fieri possunt: timēt
magis: et a iudicio rectitudinis citius abstrahunt. Unde ad alienationes hu
iusmodi inducendas nocturno tpe / in huijs / specubus subterraneis: et simi
libus / et tpiibus et locis magis cōparent: in quibus horroz et aura corrupēs
ac spiritus pestilens sensus immutant crebrius. Quibus autem modis sen
sus ludificari possint / Auicenna sexto naturalū abunde prosequitur. Bene
rales autem modi duo sunt. Aut enim operantur spiritus nequam aliquid
extra nos. aut in nobis. quod dicit Augustin⁹ libro. 4. de trini. c. 11. clare in
sinuat dicens. Facile est spiritib⁹ nequissimis per aera corpora facere mul
ta / que mirentur anime terrenis corporibus aggrauate: etiam melioris affe
ctus. Si enim corpora ipsa terrena nōnullis artibus et exercitationib⁹ mo
dificata in spectaculis theatricalis tanta miracula hominibus exhibent: vt hi
qui nunq; viderunt talia / narrata vix credant: quid magnū est diabolo et an
gelis eius de corporeis elementis per aera corpora facere que caro miretur?
Aut etiam occultis inspirationibus ad illudendos humanos sensus phan
tasinata imaginum machinari: quibus dormientes vigilantesq; decipiat /
vel fures exagitet. In libro quoq; de ciuitate. libro. 18. c. 18. quod narra
tur de conuersione sociorum Diomedis in aues: qui videntur in insula Dio
medea non longe a monte Sargano qui est in Apulia. Item de socijs Ali
xis quos Circes maga famosissima in bestias mutasse Harro commemor
rat. Et de Brecadibus: qui transito stagno quodam in lupos verti perhiben
tur: et in decennio si interim humana carne non vescuntur / in homines redi
re. Has simileq; transformationes / quas ibidem recitat Augustinus: super
ficietenus factas ait: vt videantur esse res quod non sunt phantasia homi
nis immutata: sicut et in somnijs fieri solet. Assumit hoc dictum canon vice
sima sexta questione quinta nec mirum. Et simile fieri sceleratis mulieribus
retro post sathanam conuersis: qui se nocturnis horis super bestias cū alijs
equitare et conuenire credunt. dicit. c. episcopl. eadem questione. Qualiter
autem permissione diuina: non propria virtute / sed ex elementis in quib⁹ ra
tiones seminales sunt / demones veras res efficere possint: nec tamen inde
creatores dicunt: forte in sequentibus dum de causis naturalū entū tractan
dum erit aperiemus. interim que restant breuius percurramus.

Idem

1. pte. q. xv. ar
ti. v. scrip. ij.
dist. vij. q. liij.
arti. 1. de po.
del. q. vj. arti.
vj.

Deligunt pue
ri ad visiones
nocturno tpe
loctis rectis

Auicenna

Augustinus

Illusiones
phantastice
demonum

Harro

Phytonissas
rum phanta
stica illusio.

Liber VII Tracta. II

Soluuntur que obijci possunt contra dicta. Et specialiter verbis virtutem nullam inesse probatur. **Capitulum XXVII**

Discipulus.

Mon possum que adhuc restant dubia et dictis videntur contraria non moueri. Lege nuperrime Angelum Raphaelem Tobiam iuniorum instruxisse qualiter fumus cordis cuiusdam piscis supra carbonem positi extricaret omne genus demoniorum siue a viro siue a muliere: ita ut ultra non accedat ad eos. quod Tobias experimento vix vidit. **Ma.** Non fumus ille: sed per Tobiam meritum quod significabat fumum cordis demonium extricauit angelus. vbi ibidem scribitur: Tunc Raphael angelus apprehendit demonium et rell gavit illud in deserto superioris egypti. Ad idem facit quod dicitur in euangelio dicitur: Hoc genus demonium non eiicit nisi in ieiunio et oratione. **Dis.** Ieiunium et orationis verba in demones coactionis operationem habent? **Mag.** Minime. Si illis actibus merentur viri sancti exaudiri: ut deus ipse demones eiiciat. **Dis.** Quid de exorcismis quos Salomon ad demones includendos vel expellendos profecisse legit? **Mag.** Respondet sanctus Thomas vbi supra: Si Salomon exorcismos fecit quia erat in statu salutis: potuit esse in illis vis cogendi demones ex virtute diuina. Si autem tempore illa quod idola adorauit: ut intelligat illos per artem magicam fecisse: non fuit in illis vis nisi modo dicto: sed per modum signorum allicientium etc. **Dis.** Ita pari ratione nulla inest virtus exorcismis quibus sacerdotes ramos palmarum cineres cereos aquam salis vini etc. et infantes baptisandos exorcisant? **Mag.** Nulla. Sed ad platonem talium exorcismorum non dubitamus diuinam virtutem que possumt efficere. **Dis.** Fortasse ex initio cum ecclesia pacto? **Mag.** Quidni? sed illud per scripturas deducere theologie referemus. **Dis.** Saltem verbis consecrationis in canone misse virtutem transsubstantiandi panem in corpus Christi: et vinum in sanguinem dicere haud effugies. **Mag.** Non vim verborum sed diuinam virtutem ad prolationem efficere quod intendit minister ecclesie circa debitam materiam in sacramentis concedit Scotus super Magistrum lib. 4. vbi ad ea que contraria videntur respondet. Sed ne verba exorcismorum hesitationis venenum in corde tuo nutriant: attende si vel vnde virtus ipsis possit inesse. Non ratione materie que aer est vel attramentum: aut queuis alia substantia. sic enim omnis materia eius generis virtutem haberet similem. Nec ratione forme accidentalis que est diuersa characterum figuratio in scribendo et proferendo. Formis enim accidentalibus nullam inesse actionem de se philosophia docet: et communis est ratio naturalis. Nec ratione significati: quod est forma magis principalis verbi. alias concedere habes contra sensum. hoc nomen ignis hanc chartam incendere: hoc nomen mors contra te platum mors te interficere. hoc nomen deus omne cadaver suscitare: vel aliud secretius: quod tetragramaton dicunt: ab elementis quatuor quibus apud hebreos non dico scribitur sed notatur: nam ipsum inominabile prohibent. **Dis.** Sed fortasse ex impositione habent vim aliquam. **Mag.** Ab homine an a deo? **Dis.** Ab homine ne dixerim: qui nec ipse potest quod per exorcismos fit. **Magister.** A deo igitur necesse est ut virtus sit: si que adesse putat. **Docent** igitur vbi dominus per se

Tobie. 8. a.

Mar. 9. d.

De exorcismo
Salomonis

Exorcismus
sacerdotalis

Scotus

De Astrologia

vel discipulos suos tam execrabiles exorcismos / ignotorum & demoniorum
nominum instituerit: cum in contrarium scriptura clamaret. Discipulus.
Nonne in euangelio dixit: In nomine meo eijcient demonia / & cetera ad idē
sonantia? Magister. Ad inuocationem nominis domini in fide & charitate
vera / deus spondit se virtute diuina impleturū quod petitur. Sic sanctos
patres adiura se demones non inuocatos / sed occurrentes historie tradunt.
Aliter autem vsi nomine iesu exorciste quidam: vt in actibus apostolorum le
gitur: non demonem expulerunt / sed ab ipso grauitur verberati sunt. Exor
cismi autem maleficiorum et si dei nomina contineant: alia tamen multa ha
bent que diuinam virtutem non aduocant / sed magis abigunt: & tanto gra
uius peccant quanto nomen dei contra preceptum decalogi inuaniunt & ad de
monis cultum assumunt.

Mar. xvj. b

Actus. p. 18.

Quti non liceat diuinationibus: cum re
sponione ad quedam que videntur dictis es
se contraria. Insuper q̄ verbis et exorcismis
nulla inesse possit cogendi demones potestas
seu virtus. Capitulum XXVIII Bisci.

Nam quod infideat menti mee dubium ex iam dictis resolutum cer
no: hesitabam quippe antea si diuinatione vti liceret. Magister.
Minime. Nam lege diuina / imperiali et canonica grauissimis pe
nis est interdita. Lex diuina dicit Exodi. 22. Maleficos non patiaris viue
re: & Leuitici 20. Vir siue mulier in quibus phytbonicus vel diuinationis fue
rit spiritus: morte moriatur: lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super
illos: & ibidem ait dominus: Animā que declinauerit ad magos & hariolos /
interficiendam esse de medio populi sui. Lex imperialis capite plecti iubet
aut cremari. L. de male. & mathe. l. nullus. l. nemo. et l. culpa. &c. Lex vero ca
nonica sub q̄b? qualibusue penis dicta. phibeat & straueniētes puniat / patet
vicesima sexta questione quinta per totū. Tales etiam vt ait Augustinus si se
non correperint: ad eternam perditionem tendūt. vicesima sexta questione se
cunda ca. qui sine. Et idem sanctus antistes libro septimo de ciuitate dei ca
pitulo vicesimo quinto. tales artes ante aduentum christi in ciuitatibus gen
tium seuerissima pena & legibus prohibitas & vindicatas testatur. Singula
ria scripturarum testimonia contra singulas supra memoratas diuinationis
filias adducere non tam operosum q̄ superuacuum esset in huius epitoma
tis angustia. Discipulus. Miror si tanta distractione animaduerti iubētur
qui dictis diuinationibus operam dant: cur nōnullos sanctos talibus vfos
fuisse scriptura cōmemorans / minime reprehendit. Ioseph patriarcha per
somnia interpretationem ad principatum egypti peruenit. Daniel pro
pheta constituitur princeps super omnes prouincias regni babilonici. Hur
sus sanctus Ioseph gubernator egypti fratribus suis dixit: An ignoratis q̄
non sit similis mei in augurandi scientia? Quinimo per auspicia et auguria
bone fidei homines / futuram vel tempestatem / vel serenitatem predicere no
uerūt. Proinde seruus abrae verba rebecca accepit pro omine: ex illis arguēs

Inhibet diuina
natio lege di
uina.

Exodus
Leuiticus
Imperiali
Canon extra
de sortilegijs
per totum
Augustinus

Danielis. l. j.
Scē. xliij.

Scē. xxliij.

Y

Liber VII Trac. II

dominū misericordiam fecisse cum Abraam. Sortes insuper omnino in iuste
interdicte videtur: cum his beatus apostolorum chorus Mattheam elegerit.
Actū. 1. De adiutoribus demonū quibus sancti vsi leguntur / supra mihi satis factū me
mini. Sed ad hec si que habes responde: nam tantos viros male egisse in his
iusemodi diuinationibus sentire neque: scripturis prohibentibus illa / cō
tradere non audeo. **Magister.** Probe: iusta enim et rationabilis est diuina
tionū inhibitiō: et pie excusabilis sanctorū in his opatio. Ad primū quod de somn
Somniorū
causa duplex nijs opposuisti: dicēdū quod somniorū causa est vel intrinseca vel extrinseca. Extrin
seca vera somniorum causa est vel corporalis: vt influxus incorporeus sensus:
vel spiritualis: vt deus p se / vel per bonos angelos: aut diabolus p phanta
stias et fallaces illusiones. Per hec vltima somnia diuinare / species est sup
stitutionis prohibita: non per alia: de quibus latius differendum erit eo loco
quo de potentijs ante interioribus tractabim: us. **Discipulus.** Somnia autē
regis egypti et babilonis a qua causa fuere? **Magister.** Extrinseca spli
rituali / deo scilicet vel bonis angelis. Similiter et interpretatio eorundem fa
cta per Ioseph et Daniele. Ad alterum respondet sanctus Augustinus hec
Augustinus verba Ioseph dixisse vel iocose: vel fm vulgi opinionem vicesima sexta ques
tione secunda. Quod ait: Ad tertium: concedendum non ambigo quedam
animalia in aere / terra et aquis celesti moueri influentia: et elementorum m
tationem presentire: vocibusq et motu indicare. Unde et in Hieremia propheta
Hieremie. 8. ta legitur: Nilius in celo cognouit tempus suum: turtur et byrundo et ciconia
custodierunt tempus aduentus sui. Diuinare autem ex motu et voce anima
liū / fortunā aut disfortunū: effectus etiā qui a libero arbitrio pendent / et a cele
stibus non causantur / eque prohibetur: sicut talia per astrologiam practica
re. Ad quartum: lege que seruus abrae egit ante et post rebecca responsionē: et
inuenies omen non iteruenisse. **Discipulus.** De sortibus autem quid dicen
Sors est
triplex.
Proverbior. dum est? **Magister.** Sors vt habet sanctus Thomas libro de sortibus. et se
cunda secunde. q. 95. articulo. 3. triplex est. Diuisoria / qua inquiritur ad quē
Actū. 1. pertineat res diuidenda. de hac Proverbior. 18. Contradictiones cōpunit
Iosue. 7. sors. vel dignitas: de qua Actuum. 1. in electione Matthei dicitur: et cecidit
Ione. 1. aliquid surripuerat. Iosue. 7. et Jonas a facie domini fugiens sorte depre
hensus est et missus in mare. Ione. 1. Alia est sors consultoria: qua inquiritur
Iester. 3. quid agere oporteat aut quando: sic fuit sors missa in vnam: vt sciretur qua
Ezechiel. 21. die et mense occideretur gens iudeorum. Iester. 3. Tertia est diuinatoria qua
inuestigatur quid futurum sit. Hac vsus est rex babilonis stans in biuio 22.
Ezechielis. 21. In omni vero sorte expectatur euentus vel a celesti influxu:
vel a fortuna: vel a deo aut a demone. Cum autē celum nullam operationem
habeat in ea que sorte inquiruntur / vanum et superstitiosum est vti sortibus ea
intentione: quia sic non carent demonū ingestione: multo minus cum expecta
tur euentus a demone. Si autem expectatur euentus a fortuna / vt cōmuniter
in sorte diuisoria super re diuidenda cum non potest concorditer diuidi: non vi
detur habere (vt ait sanctus Thomas) nisi forte vitium sanitatis. Si autem
Sanctus Tho:
mas. in sorte diuisoria aut consultoria expectatur euentus a deo: iuxta illud Pro
Prover. 16. mas. verb. orum decimo sexto. Sortes mittuntur in sinum / sed a domino temperan
tur: locum habet quod Augustinus dicit super psalterio. Sors nō est aliquid

De Astrologia

malis: sed in re dubia diuinam indicans voluntatem vicefima sexta questione **Ps. 32.**
prima. Sors. Tali sorte vsi fuerunt patres sancti de quibus supra. Sed in **Sortium licet**
his quoque quadrifarie vitium potest accidere (ait sanctus Thomas) **Sortium licet**
si absque vlla necessitate fiant: videtur enim illud ad dei tentationem pertinere. **Sortium licet**
Secundo si fiant in necessitate: sed absque condigna dei reuerentia et premissa **Sortium licet**
oratione. Tertio si diuina oracula in sortibus expectata/ ad terrena nego- **Sortium licet**
cia et ad vite huius vanitates conuertantur. Quarto si in electionibus **Sortium licet**
ecclesiasticis que fieri debent inspiratione spiritus sancti/ aliqui sortibus **Sortium licet**
vtantur. **Sortium licet** Discipulus. Nunquid tali sorte vsi sunt apostoli in electione **Sortium licet**
Matthie? **Sortium licet** Magister. Etiam: sed vt Beda dicit super hunc scripture locum/ non **Sortium licet**
dum erat plenitudo spiritus sancti in ecclesia effusa. Unde post spiritus sancti **Sortium licet**
missionem septem diaconos non sorte/ sed electione constituerunt. Sors diu- **Sortium licet**
inatoria semper est suspecta et mala. Ex his sanctarum scripturarum/ docto- **Sortium licet**
rum catholicorum et canonum diuersas sententias facile est concordare: quod **Sortium licet**
alijs relinquamus. **Sortium licet** Discipulus. Probe. nam extra limites epitomatis ne **Sortium licet**
de illis inquisuisse fateor. De duello tamen et iudicio ferri candentis: que in- **Sortium licet**
ter sacrilegia nominata sunt: et ad que nonnulli militaris ordinis ac vetule **Sortium licet**
quedam sepius se offerunt: quid dicendum? **Sortium licet** Magister. Illicita sunt: patet **Sortium licet**
de primo secunda questione quinta capitulo Monomachiam: et de secundo **Sortium licet**
capitulo finali de pur. vul.

De tertia specie superstitionis que est vana obseruantia. Et specialiter de ar- te Notoria quod illicita sit et vana. Capi- tulum vltimum. Discipulus.

Restat tertia superstitionis filia nunc describenda. **Obseruantia**
Magister. Hec **Obseruantia**
est vana obseruantia: vel ad scientiam acquirendam: vt in arte noto- **Obseruantia**
ria: vel ad minuitanda corpora per extranea remedia: vel ad pre- **Obseruantia**
cognoscendum futura fortuna aut disfortunia: vel ad preseruandum a malis **Obseruantia**
per suspensa ad collum aut qualitercumque portata diuina verba. **Obseruantia**
Discipulus **Obseruantia**
Quid per artem notoriam intelligis? **Obseruantia**
Magister. Vanam quandam super- **Obseruantia**
stitionem: que habet quasdam pro qualibet scientia figuras characteribus et **Obseruantia**
nominibus ignotis insignitas: ac etiam certas orationes nomina multa igno- **Obseruantia**
ta continentes: quas dum continenter ieiunijs viuens et se macerans cum cer- **Obseruantia**
tis ceremonijs dixerit/ et figuras summa intentione aspexerit: scientiam des- **Obseruantia**
syderatam sine labore alio vel studio acquirere dicitur. **Obseruantia**
Discipulus. Si illi- **Obseruantia**
cita non est hec ars eam mihi tradas queso: vt preterite reliquas philosophie **Obseruantia**
scientias addiscam. **Obseruantia**
Quid laboramus superuacue/ ego discendo et tu docen- **Obseruantia**
cendo: si breui tempore omnes disciplinas arte notoria acquirere possunt? **Obseruantia**
Magister. Illicitam esse hanc artem et inefficacem sanctus Thomas secun- **Obseruantia**
da secunde. q. 96. arti. 1. concludit: quia vtitur his que scientiam causare ne- **Obseruantia**
queunt: etiam demon per eam invocatus nec intellectu illuminare/ nec scientiam **Obseruantia**
infundere potest: quis possit nonnulla scientiarum documenta trade- **Obseruantia**
re. **Obseruantia**
Accedit quod non inueniuntur qui ex arte ista in scientijs pre ceteris fue- **Obseruantia**
rint illuminati: sed potius infatuati. **Obseruantia**
Venit ad me dum studio insisterem **Obseruantia**
in vniuersitate Striburgensi **Obseruantia**
Magister quidam Parisiensis cum arte **Obseruantia**

Liber VII Tra. II

- ista: ostendebatq; figuras/orationes et cetera huius generis portenta: persuas
debat deniq; ut hac via quas non haberem scientias acquirerem. Abhorui
figuras/characteres et ignota nomina: et nullam illis inesse efficaciam de-
monstrabam. Ipsi autem dum in falsa credulitate remaneret obiecti: quare
non ipse scientias plurimas quas non habuit tali arte acquisivisset. Confu-
sus ille/ad excusandas excusationes in peccatis confugit. Nec valet quod
- Danielis. j.** adducunt de Daniele et socijs suis abstinentibus a cibis regijs quibus deus
pre ceteris scientiam dedit: non enim abstinebant per vanam observantiam
artis norozie: sed ne contaminarentur cibis gentilium contra prohibitionē
legis diuine: ideo merito obediente a deo pre ceteris sunt scientijs preediti. Et
- 2. Reg. 3. b** Salomon petens scientiam gubernandi populum meruit eam accipere/non
1. Cor. 12. a demone sed spiritu sancto: qui diuidit singulis prout vult. 1. ad Corinth. 12.
- Augustinus** Ceteras vane observantie partes diuus Augustinus eliminavit sufficienter
libro secundo de doctrina christiana: cuius nonnulla verba a principio addu-
cta sunt: Observantias autem temporum plurimas esse superstitiosas et va-
nas/manifestū est ex his que supra de electionib; disserta sunt. Incantationes
vero/et carninationes et observantias aniles penennumeras cribrare/non
est presentis negocij. In predictis etiam quod sufficienter probatum non est
aut determinatione ecclesie/vel sacre scripture contrariatur: pro non dicto
habere volo. Discipulus. Ego vero ab omnibus illis etiam que excusatio-
nis quandam vmbra habent/sed suspecta videntur sedulo abstinēbo.
- 1. Thessal. 5. d** Magister. Prudenter: nam hoc Apostolus admonuit dicens: Ab omni spe-
cie mala abstinete vos. Vale et crebra repetitiōe que de septem artibus libe-
ralibus traditi rudimenta/memorie cōmenda: in his intellectum et ingenij
exerceto: ut ceteras philosophie partes ceterius apprehendas et sanius in-
telligas.

Finis septem artium liberalium.